




Talles da Sylva


RES  
2639

X 10777

CC. H. B.







RES  
2639

*Arquivo, 13*



**LIVRO**  
**DOS PRIVILEGIOS**  
**CONCEDIDOS PELLOS**


Súmos Pontifices, à Congregação de S. João  
Euangelista, assim per concessão, co-  
mo per commissão: como em  
seus titulos se decla-  
ratã.

*Mandarão se imprimir no Capitulo do Anno*  
*de 1583. O qual se fez em o Mosteyro de San-*  
*cto Eloy de Lisboa: sendo Gèral o muyto Reuer-*  
*rendo Padre Miguel do Spiritu Sãcto:*  
*Foy esta diligencia cõmetida ao*  
*Padre Ioão de Sam*  
*Pedro.*

*Com licença da Mesa Gèral do Sancto Offi-*  
*cio, que os mandou reuet pello muyto Reuerendo*  
*Padre Frey Bertholameu Ferreyra. E com li-*  
*cença do muyto Illustre Senhor Dom*  
*Miguel de Castro Arcebispo*  
*de Lisboa por merce*  
*de Deos.*

*EM LISBOA.*

*Impresso por Antonio Alvarez. Anno 1594.*




SOLI DEO HONOR



COMPRA.

218421

RES  
2639





I por mandado de S. A. as Bullas concedidas dos Summos Pontifices aos Padres da congregação de Sam Ioão Euangelista: & não vejo nellas cousa per que se não possão imprimir: excepto hum Breue & Indulto do Summo Pontifice Eugenio Quarto: em que os isenta & liura de toda à jurisdicção & poder dos Inquisidores, da heretica prauidade. O qual está reuocado: Polo qual, ou o tal Breue se não deue de imprimir, ou na margem se deue declarar, que está reuocado. 2do. de Septembro, 1593.

*Frater Bertholameus Ferreira.*



TEM Vi hum Breue do Summo Pontifice Gregorio XIII. commetido ao Serenissimo Cardeal Dom Anrique, Legado a Latere, em que concede, que os Padres da congregação de Sam Ioão Euangelista deste Reyno, se possão promover à ordens Sacras, não obstante, não fazerem profissão soléne, nem terem beneficios, nem patrimonios: O qual breue, & à sentença que deu sobre isso o Serenissimo Cardeal, Legado, he justo que se imprima.

Item, o Breue do Summo Pontifice Pio Papa Quarto, & Sixto Quinto, & o do Cardeal Raunico concedido, Viue vocis oraculo, do Papa Paulo Quarto, & o do Papa Gregorio XIII. dos estatutos do leu Capitulo Gèral, sobre à duração dos seus Prèlados: & todos estes Breues tenho por autenticos, & por dignos de se imprimirem.

*Frater Bertholameus Ferreira.*

VISTA A informação podem se imprimir estas Bullas com a aduertencia que o Reucedor diz que se ha de declarar no Breue de Eugenio Quarto: & despois de impressas tornem a esta Mesa pera se confirem com os originaes, & se lhe dar licença pera correrem. Em Lisboa seis de Outubro de 93.

*O Bispo Deluas.*

*Diogo de Sousa.*

*Marcos Teixeira.*

Podem se imprimir.


*João de Lucena.*





L I C E N C I A D O P E D R O V E L H O ,  
Desembargador & Vigairo Gèral no Arcebispaço de Lisboa polo muyto Illustre & Reuerendissimo Senhor o Senhor Dom Fernando per merce de Deos & da Sancta Corte de Roma, Metropolitanano Arcebispo de Lisboa, Capelão mór del Rey nosso senhor, & do seu Conselho, &c. A quantos esta minha Carta testemunhavel, com o traslado de certas bullas & prouisoés Apostolicas, dadas em publica & autentica forma virem: Saude em I E S V C H R I S T O

nosso Senhor, & Saluador: Faço saber, que aos cinco dias do mes de Março do Anno de mil & quinhentos cincoenta & cinco: Na Cidade de Lisboa per ante mim pareceo o muyto Reuerendo Padre o Padre Diogo da Ressurreição, Rector Gèral da Congregação de Sam Ioão Apostolo & Euangelista destes Reynos & Senhorios de Portugal: & me apresentou hũa Bulla Apostolica da fundação da dita Ordé, & outras muytas a ella concedidas & outorgadas, escriptas em purgaminho, & selladas com seus sellos pendentes, a vso & costume da Corte de Roma: não viciadas, né cancelladas, nem em parte de si sospeitas, antes carecentes de todo vicio & sospeição, segundo por ellas prima face parecia. Dizendo o dito Padre Gèral, que as ditas bullas que a dita Ordé tinha eram de muyta importancia, & não era razão serem tiradas do arquiuiuo da dita Ordem, quando quer que fosse necessario ajudarse dalgũa: sómente o transumpto: & també porque podiam algũas dellas correr algum perigo. Por estas causas, & outros justos respectos me pedia com grande instancia da parte da Sancta See Apostolica, lhe mandasse dar o transumpto dellas em publica & autentica forma, & Carta testemunhavel. Interpondo pera ello meu decreto & authoridade. E visto per mim seu requerimento dizer & pedir ser justo, & ao direito cõforme: lhe mandei passar o trãsumpto de todas as ditas bullas em publica & autentica forma, & esta minha Carta testemunhavel: Pera o qual interponho minha authoridade ordinaria, com interposição do decreto Iudicial, tanto quanto cõ direito deuo & posso. E mando que a este transumpto lhe seja dado tanta fee, credito, & authoridade, em juizo & fora d'elle, como aos proprios originaes, & como per direito se require: & o transumpto das ditas Bullas, hũa de pos outra de verbo ad verbũ he o seguinte.



# BVLLA GREGORII PAPÆ

PER QVAM INSTITVTIONEM IN EA INSERTAM,

& istius congregationis regulam primo confirmat. ¶ Littera Eugenij Papæ per quam Canonicis atque fratribus prouidendi Ecclesijs si casus eueniat facultatem præstat licet capitulum non celebretur.



**I**N NOMINE SANCTÆ ET IN-  
diuiduæ Trinitatis Patris & filij & Spiritus Sãcti, Amẽ.  
Nouerint vniuersi & singuli hoc præsens publicũ trã-  
sumpti seu transcripti instrumentum huiusmodi præ-  
sentes nostras literas inspecturi, visuri, lecturi, pariter  
& audituri: quod nos Iacobus de Mucciarellis de Bo-  
nonia, vtriusq; iuris Doctor Basilicæ Principis Apосто-  
lorum de Vrbe, ac Bononiensiu Ecclesiaru Canonicus:  
Domini nostri Papæ Capellanus: Ipsiusq; ac eius Cz-  
merarij. Nec nõ Curiaẽ causaru Camera Apostolicæ  
Generalis auditor: Nuper ad honorabilis viri Domi-  
ni Gundisalui Velho Rectoris Parrochialis Ecclesiæ Sancti Ioannis de Sedauim, La-  
macensis Diocesis principalis instantiã, & requisitionẽ omnes & singulos sua cõmuni-  
ter, vel diuisim interesse putãtes eorumq; procuratores siqui tunc essent in Romana  
Curia pro eisdẽ aduidẽdum, & audiendum, non nullos testes fide dignos, vt & tan-  
quam testes adiurandum de perhibendo veritati testimonium, de & super recognitio-  
ne signeti cuidam sumpto quarũdam felicium recordationum Gregorij duodecimi,  
& Eugenij quarti summorum Pontificum literarum Apostolicarum ex ipsoru bul-  
larum registris ex tracto appositi, & in cera rubea impressi ac filo albo circum volu-  
to. Produci, recipi, & ad iurandum admitti, ac iurare nec non signetũ huiusmodi per  
ipsos testes recognosci. Et postquam recognitum fuerit, aperiri, ac sumptum prædi-  
ctum transummi. Et postquam apertum fuerit, exemplari, transcribi, ac in publicã  
transumpti seu transcripti, instrumenti formam redigi, mandari nostramq;, & dictę  
Curiaẽ auctoritatem, & decretum ordinaria, & iudicialia vt moris est interponi, vel  
dicendum, & causam si quam habuissent rationabilem quare præmissa fieri minime  
debuissent allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum Domi-  
ni nostri Papæ, vt moris est citari fecimus, & mandauimus ad certum peremptoriũ  
terminum competentem ad diem videlicet, & horam infra scriptas: quibus quidẽ die  
& hora aduenientibus comparuit iudicialiter coram nobis prælibatus dominus Gũ-  
dissaluus principalis. Et quandam citationem audientiaẽ pergameni cedulam à nobis  
emanatam, de nostrisq; voluntate & mãdato in eadem audientia lectam sigillatam,  
aliasq; in ibi debita executioni demandatam repræsentando citatorum in eadem

A conten-



contentorum non comparentium neq; huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantiū cōtumacia accusauit, ipsosq; contumaces reputari: & in eorum contumaciam dictum sumptum literarum apostolicarum ex registro bullarum supradictō extractum, Clausum & filo albo circumuolutum: nec non quodam signeto rotundo, in cera rubea impresso, more Romanicæ Curiaē sigillatū factō realiter, & inscriptus infra scripti tenoris exhibuit atq; produxit. Quos quidem testes per nos recipi & admitti, nec non super recognitione præacta, interrogari, & examinari, ac deinde dictum sumptum transumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi, mandari, nostramq;, & dictæ Curiaē causarum Cameraē Apostolicæ auctoritatem, & decretum ordinaria & iudiciaria desuper vt moris est, interponi debita cum instantia postulauit. Nos tūc Iacobus præfatus, ac Romanicæ Curiaē iudex ordinarius citatos prædictos non comparentes nec huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes reputauimus merito prout erant, id exigente iusticia contumaces: & in eorum contumaciam, supradictis testibus coram nobis super recognitione dicti signeti productis, & per nos adiurādum admissis, ipsisq; in forma iuris iuratis, interrogatis, & examinatis viso per eos, & eorum quemlibet signeto eidem sumpto appposito, & in cera rubea impresso, medijs eorum iuramentis per eos in forma solita ad sancta Dei Euāgelia, præstitis, dixerunt & responderunt, & eorum quilibet dixit & respondit, se signetur huiusmodi, bene recognoscere: ac esse cuius esse dicitur, videlicet, magistrorum dicti registri, in sumptis apponi consuetum. Quo quidem recognito, sumptum huiusmodi habuimus pro aperto & aperuimus: Et nihilominus huiusmodi sumptum ad manus nostras recepimus, illudq; vidimus, tenuimus, legimus, & palpauimus ac diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi sumptum sanum, integrum, & illesum omniq; prorsus vitio & suspitione carens inuenimus, vt prima facie apparebat, idcirco ad præfati Domini Gūdiffalui principalis coram nobis citra tamen quorūcumq; procuratorum suorum per eum hætenus quomodolibet constitutorum reuocationē vt præfertur comparentium vltiorem instantiam, illud per discretum virum Magistrum Antonium Bartolomei de Vulterris publicum Apostolica & Imperiali auctoritatibus dictæq; Curiaē causarum Cameraē Apostolicæ notariū infra scriptum transumi & exemplari ac in publicam transumpti seu transcripti, instrumenti formam redigi fecimus & mandauimus: volentes & auctoritate dictæ Curiaē discernētes, quod huic præfenti nostro transumpto, seu transcripto aut publico instrumento de cætero & in antea tam in Romana Curia, quam extra vbicumq; locorum, in iudicio, & extra, stetur illiq; detur & adhibeatur talis & tāta fides, qualis & quanta dicto sumpto superius de verbo ad verbum inserto, ac diligenter cum præfenti transumpto seu transcripto auscultato & collationato seu dictis literis Apostolicis originalibus data & adhibita fuit, daturq; & adhibetur, seu daretur & adhiberetur, si in mediū producerentur & exhiberentur. Tenor vero sumpti de quo supra fit mentio sequitur & est talis.

¶ GREGORIVS. &c. Ad futurā Reimemoriā: Illis quæ pro diuini cultus augmēto  
auctori,

auctoritate Apostolica processerunt, vt illibata persistant libenter cum a nobis peti-  
 tur Apostolicæ confirmationis adijcimus firmitatem. Sane petitio dilectorum filio-  
 rum Ludouici Prioris & Capitoli Sæcularis & Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Georgij in  
 Allega Castellanensis Diocesis nobis exhibita cõtinebat. Quod olim venerabilis frater  
 noster Episcopus Kissanensis Angelus, auctoritate quarundam literarum, fælisis  
 recordationis Bonifacij Papæ ix. prædecessoris nostri, eandem Ecclesiam quæ tunc Mo-  
 nasterium Ordinis Sancti Augustini erat, nec non per Priorem regi consueuerat, in  
 collegiatam erexerat, & in eam Priorem ac canonicos sæculares capitulum facientes,  
 nec non quosdam alios etiã quinq; clericos sæculares in perpetuos Vicarios seu bene-  
 ficiatos in eadem Ecclesia instituit, & impugnatores huiusmodi erectionis, & aliorum quæ  
 prædictus episcopus in præmissis, & circa ea ordinauit, vinculo excommunicationis in-  
 nodauit. A qua nisi auctoritate prædicta, munus absolutionis nequirent obtinere.  
 Etiam si tales impugnatores episcopali, vel quacumq; alia Ecclesiastica, vel Sæculari  
 præfulgerent dignitate. Nec non quædam alia certa hæc fecit, statuit & ordinauit,  
 prout in quodam publico instrumento inde confecto prædicti episcopi sigillo mu-  
 nito, cuius tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus plenius contine-  
 tur. Quare pro parte ipsorum Prioris & Capituli, nobis fuit humiliter supplicatũ,  
 vt erectioni, & institutioni prædictis, & alijs in ipso instrumento contentis: Robur  
 Apostolicæ cõfirmationis adijcere de speciali gratia dignaremur. Nos itaq; huiusmo-  
 di supplicationibus inclinati, erectionem & institutionem, prædictas, nec non alia in  
 ipso instrumento contenta, & quæcumq; inde secuta sub infra scripta modificatione  
 rata habètes, & grata. Ea auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus: & præ-  
 sentis scripti patrocínio cõmunimus. Supplètes omnes defectus siqui interuenerint,  
 in eisdem. Nihilominus huiusmodi clausulã in eodem instrumento contentam, siue  
 articulum excommunicationis eiusdem, contra impugnatores ipsos vt præmittitur  
 latam, auctoritate prædicta dũtaxat cassamus ac volumus nullius existere firmitatis.  
 Tenor vero prædicti instrumẽti talis est. Angelus Dei & Apostolicæ Sedis gratia epis-  
 copus Kissanensis sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Bonifacij  
 diuina prouidentia Papæ ix. ad infra scripta specialiter delegatus. Vniuersis & singulis  
 præsentibus literas inspecturis, & quos infra scriptum tangit negotium, seu tangere  
 poterit, quomodolibet in futurum: Salutem in domino sempiternam. Cum deceat  
 maxime in Ecclesiasticis ministerijs docere cuius auctoritate quisq; ministret, vniuer-  
 sitati vestræ, nec non & vestrum singulis tenore præsentium intimamus, quod venera-  
 bilis & religiosus vir dominus frater Ludouicus Prior loci Monasterij & Ecclesiæ san-  
 cti Georgij in Allega, ordinis sancti Augustini de Venetijs Castellanenensis Diocesis  
 die xxij. mensis Septembris proxime decursa, Nobis quasdam literas Apostolicas cũ  
 earum vera bulla plumbea ad cordulam canapis more Romanæ Curia: non vitiatas,  
 non cancellatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte suspectas: sed omni prorsus vi-  
 tio & suspitione carètes præsentauit. Licet alias eius nobis parte nobis præsentari fe-  
 cerit, petens humiliter & deuote, quatenus ipsas literas executioni mittere dignare-  
 mur

mur, quod nobis per ipsius literas Apostolicas mandabatur. Quarum literarum Apostolicarum tenor per omnia sequitur & est talis.

¶ B O N I F A C I V S Episcopus seruus seruorum Dei : Venerabili fratri Angelo Episcopo Kiffaniensis in loco de Venetijs, Castellanensis Diocesis commoranti. Salutem & Apostolicam benedictionem, ad ecclesiarum & monasteriorum, omnium statum salubriter dirigendum, iuxta pastoralis officij debitum intendentes, ad reformationem illorum quæ deformatæ sentimus, quæ partes Apostolicæ sollicitudinis adhiemus. Sane petitio pro parte dilecti filij Ludouici Prioris monasterij sancti Georgi in Allega, per Priorem soliti gubernari ordinis sancti Augustini Castellanensis Diocesis nobis nuper exhibita continebat, quod monasterium prædictum in quo ab olim laudabiliter viguit obseruantia regularis, & cuius instituta regularia fuerunt per sedem Apostolicam approbata, à longis retro actis temporibus extitit, prout existit huiusmodi regulari obseruantia destitutum, ac in spiritualibus & diuinis officijs ibidem peragendis multipliciter deformatum. Quare pro parte dicti Prioris qui vt asserit ad reformationem ipsius monasterij feruenter anhelat, nobis fuit humiliter supplicatum vt in præmissis de oportuno remedio prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ de qua in hijs & alijs specialem in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus. Quatenus ad monasterium præfatum personaliter accedens, & habens præ oculis solum Deum super præmissis eorumque circumstantijs vniuersis auctoritate nostra te diligenter informes, & huiusmodi informatione per te sic recepta, ipsum monasterium, & quidquid in eo correctionis, seu iurisdictionis ministerio cognoueris indigere: tam in capite, quam in membris eadem auctoritate hac vice corrigas, & reformes, ac statuas, & instituas in perpetuum: vel ad certum tempus augmentando, diminuendo, seu mutando, aut innouando præfati monasterij statum: statuta, constitutiones, & alia etiam pro diuinis officijs huiusmodi peragendis, rationabilia, & salubria in ipso monasterio obseruanda, ordines disponas, ac omnia alia, quæ Episcopus Castellanensis existens pro tempore cum dilectis filijs capitulo Castellanensi circa præfatum monasterium facere posset, seu quomodolibet exercere facias, & exerceas, prout secundum Deum, pro vtilitate dicti monasterij, & personarum in illo degentium, animarum salute tibi videbitur expedire. Ac nihilominus per te sic facienda, ordinanda, disponenda, instituenda, & statuenda facias auctoritate prædicta inuiolabiliter obseruari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus monasterij, & ordinis prædictorum, ac alijs contrarijs quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à sede prædicta sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non faciètes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud sanctum Petrum, idibus Martij Pontificatus nostri Anno quinto decimo. Nos igitur cupientes omnibus Apostolicis semper parere mandatis, prædictas Apostolicas li-

teras licet alias receperimus iterum recipimus reuerenter, & communicato consilio sæpe sæpius cū dicto domino Priore alijsq; quā pluribus venerabilibus viris Ecclesiasticis morum grauitate, scientia, nec non & experientia decoratis, tractatibus & cōsilijs multis præcedentibus, atq; ipsius domini Prioris apud quem solum ad præsens totum ius capituli & Cōuentus dictorum, monasterij & Ecclesiæ pertinere dignoscitur, accedente consensu & cum deuota precum instantia, solum Deum præ oculis habentes, pro perpetua reformatione, dictorum monasterij & Ecclesiæ, ad ipsum monasterium personaliter accessimus, & informatione præhabita nec non inuenimus in dicto monasterio nisi dominum Ludouicum Priorem, & fratrem honoratum de Venetijs, & fratrem Ludouicum de Florentia, fratres conuersos tacitè professos, nullumq; alium religiosum reperimus in dicto monasterio: sed & ipsum inuenimus omni bona religione & obseruantia regulari destitutum: nec spem aliquam haberemus reformationis ipsius monasterij per religiosos ordinis in dicto monasterio consueti, cum tam paruo numero reperiantur, vt proprijs monasterijs in quibus degunt, deservire minime valeant: nec etiam in ipsis monasterijs vigeat obseruantia regularis. Consideratisq; difficultatibus & maturè ac diligèter examinatis cum domino Priore, & alijs venerabilibus viris & peritis, difficilimum & longissimum, ac quasi impossibile reputauimus ad reperiendum fratres seu religiosos alterius ordinis & religionis per quos dictum monasterium possit in bona & regulari obseruantia reformari. Qua propter scientes venerabiles viros dominos Marinum Quirino, & socios eius clericos sæculares qui ad præsens moram trahunt in sæpe dicto monasterio magnarum virtutum & morū esse grauitate decoratos, ac in eisdē clericalem honestatem adeo renitentem, vt vitæ ipsorum odore status Ecclesiasticus mirabiliter venustetur, & dicto eorum exemplo ad disciplinam Ecclesiasticam, & mundi contemptum quam plurimi attrahantur, sicq; habilem exemplarem certum & clarum reformationis dicti monasterij modum de personis nobis plenissimè cognitis, nec nō & clero & populo ciuitatis huius, habentes vias incertas & personas incognitas: ac vt supra diximus difficultates quam plurimas declinantes: de consilio plurimum venerabilium & approbatorum virorū, ac etiam de consensu antedicti domini Prioris: autoritate Apostolica tenore præsentium prædicti monasterij & Ecclesiæ statum antiquatum præsentialiter mutamus, transferentes in nouum statum, Collegiatæ Ecclesiæ, sæcularis Canoniorum, sæcularium clericorum, simul conuiuentium, conuescentium, commorantium, & Deū collaudantium, officijs nocturnis pariter & diurnis: ac ob hoc venerabiles viros videlicet dominos. Antonium Corario, Gabrielem Condalmario, Stephanum Mauraceno, Franciscum Barba de Venetijs, Matheum de Strata de Papia, Romanū de Budello, de Mediolano, Lucam quondam Philippi de Este, Sacerdotes, & dominos Martinum Quirino, Michaelem Condalmario, Laurentium Iustiniano de Venetijs, Ioannem de Piezenardis, Simonem de Persicis, de Cremona, Hieronymum de Musis, de Papia, Diaconos: ac etiam dominos Augustinum de Guastaldis de Papia, Angelum Sancti Donati, de Cultricis, Marcum Condalmario, Dominicum Mauraceno de Venetijs, Subdiaco-

B V L L A

nos, coram nobis euocatos & flexis genibus constitutos, eadem autoritate recepimus in Canonicos, & fratres dictæ ecclesiæ siue loci sancti Georgi in Allega, & ipsos omnes & singulos instituimus ac præsentialiter inuestimus cum omni plenitudine iuris Canonici, per anulum nostrum statuentes ipsos Canonicos & ipsorum successores, per eosdem canonicè recipiendos, & instituendos. De cætero constituere Collegium, & Capitulum dictæ ecclesiæ siue loci: in quod collegium omnia iura spiritualia & temporalia, nec non & curam animarum, Prioratum, & quamcumq; aliam præsentiam, & dignitatem tam in spiritualibus quam in temporalibus, circa res & personas spectantes monasterio, Ecclesiæ, Capitulo, & Conuentui prælibatis, præsentialiter transferimus pleno iure inducentes omnes & singulos canonicos sæculares prædictos, incorporalem seu quasi dictorum canonicatum sæcularium, per pānum maioris altaris, dictæ ecclesiæ sancti Georgij stallis in choro, & loco in Capitulo, sibi assignatis, ipsorum proprijs nominibus, & omnium aliorum præsentialiter absentium, & pro futurorum: reseruato tamen semper præfacto venerabili viro domino Ludouico Priori dumtaxat titulo ipsius Prioratus. Ita vt de cura seu regimine dictorum Canonicoꝝ, & aliorum cuiuscunq; conditionis laicorum, in dicto loco morantium, se nullatenus valeat impedire: ac etiam pro suo victu honesto reseruata sibi tertia parte omnium redditū, fructuum, & prouentuum, dictæ ecclesiæ, siue loci: defalcatis & deductis expensis faciendis, pro recolligendis & conducēdis fructibus Venetijs: & omnibus alijs expensis quæ faciendæ extra corpus veniunt ecclesiæ siue loci prædictorum. Expensas autem circa locum siue ecclesiam oportunas fieri volumus: sumptibus dictoꝝ Canonicoꝝ qui præsentialiter sunt, siue pro tempore erunt, nulla detractatione seu defalcatione facienda, de dicta tertia parte dicti domini Prioris, cui ipsa tertia pars integrè assignetur, pro mensa, victus, & vestitus, & alijs necessarijs & oportunis, & pro libito dispensandi. Et ne alicui quod absit, dicta diuisio sit suspecta, volumus, per supradictū dominum Ludouicum Priorem, & Vicarium sæcularem, seu Rectorem cum capitulo, constituentur vnus vel duo iudici de præfato capitulo, qui exigant, & recipiant, omnes fructus redditus, & prouētus, dicti loci: & partes faciant, diuidant, dentq; tertiam partem domino Ludouico Priori, & medietatem regalium: & alias duas designent, Vicario seu Rectori & Capitulo dispensandas, prout ipsius collegij requirat necessitas: volentesque quidquid circa possessionis ipsius loci, extra corpus dictæ ecclesiæ, siue loci fuerit, tractande, modificande, & innouandum absq; ipsius domini Ludouici Prioris consensu, fieri nequeat. Cū autem dictus dominus Ludouicus Prior suo assensu ad aliud beneficiū fuerit translatus, siue religionē mutauerit, aut vita functus fuerit, ac etiam si ipsum Prioratum vacare contingerit, per spontaneam renūtiationem dicti domini Ludouici Prioris, vel alio quouis modo, ex nunc, prout ex tunc, ipsum Prioratum regularem annullamus & infringimus. Et autoritate prædicta statuimus nullum Priorem fore: & in Prioratus canonicorum sæcularium clericorū dignitatem transferimus & innouamus: statuentes, vt dicti Canonici, vocem habentes in Capitulo præfato, vnum de ipsorum collegio sacerdotē virum probatę prudentiæ, & occulati

& oculati regiminis quousque dictus dominus Ludouicus Prior in dignitate per-  
 manserit Prioratus, sibi Vicarium, deinceps vero Priorem sæcularem, siue Rectorem  
 annis singulis eligant, vel cõfirmant. Cuiuscunq; vero Vicarij & Prioris sæcularis ele-  
 ctionis vim tribuimus electionis & confirmationis: statuentes, vt quilibet Vicarius  
& Prior sæcularis siue Rector, electus per maiorem partem dicti Capituli, sine alia  
solemnitate, dictos Canonicos sæculares secundum Deum, statum regere & guberna-  
re incipiat: & per annum continuum curam gerat, in spiritualibus & temporali-  
bus, tam de rebus, quam de bonis cum omni potestate & autoritate ordinaria, quam  
Priores perpetui habent, in locis regularibus siue sæcularibus. Completo vero an-  
 no talis Vicarius & Prior sæcularis, siue Rector ipso iure sit solutus officio, & alius  
 per Capitulum eligatur, modo supradicto: nisi præteritus denuo confirmetur. Insti-  
 tutionem autem, & destitutionem Canoniorum huiusmodi, ad ipsum Vicarium &  
 Priorem sæcularem, siue Rectorem & Capitulum volumus pertinere: verum nullus  
in Canonicum assumi valeat, nisi ad decimum octauum ætatis suæ peruenerit An-  
num. Et per annum continuum in eorum probatus fuerit congregatione, & ma-  
 iori parte Capituli electus. Præbendas siquidem nolumus esse distinctas, sed vo-  
 lumus, & stricte præcipiendo mandamus, omnes redditus, & prouentus esse com-  
 munes, & per Vicarios & Priores seu Rectores sæculares huiusmodi, qui per tempo-  
 ra erunt, taliter ordinentur, quod omnibus detur, quod unicuiq; opus esse iudicabi-  
 tur. In vno autem dormiant dormitorio, ac in vno comedant refectorio, & sic con-  
 tinuè sint præsentés & residentes: nisi fuerint licita & honesta causa absentati, & cum  
 licentia Vicarij, Rectoris, siue Prioris sæcularis prædicti. Absentes vero extra locum  
 sine licentia Vicarij seu Prioris, vel Rectoris prædicti, nisi panituerit, infra mensem sa-  
 tisfactione condigna ad Vicarij Prioris seu Rectoris, & Capituli prædictorum arbi-  
 trium priuari Canonicatu valeant & licentari. Vestres quoq; eorum secũdum quod  
 ius disponit deferant, ne nimia longitudine aut breuitate notentur, vt merito dici va-  
 leant temporalium contemptores, numerum autem Canoniorum taxatum seu cer-  
 tificatum esse nolumus. Siquis vero Canoniorum quod absit propria bona habe-  
 re voluerit, nisi post ternam admonitionem se correxerit, & ea libenter voluerit vt de-  
 cens est, esse cõmunia, ad arbitrium Vicarij, Prioris seu Rectoris & Capituli prædicto-  
 rum, Canonicatu priuari valeat, & extra locum licentari. Porro officium diuinum  
 secundum ritum Romanæ Curiaë horis congruis collegialiter persoluatur. Ne ve-  
 ro cultus diuinus impediatur pro ministerio mensarum & aliarum operum manua-  
 liũ, volumus & autoritate prædicta potestaté tradimus prædicto Vicario, Priori seu  
 Rectori sæculari prædicto, vt ipse cum Capitulo suo possit recipere laicos Deo dica-  
 tos, siue conuersos, & oblatos, nullatenus vxoratos, volentes viuere in cõmuni sine  
 proprio: quos gaudere volumus priuilegijs conuersorum, dummodo in decimo octa-  
 uo anno sint constituti: qui recepti honeste & decenter induantur. Conuersi au-  
 tem tacite professi existentes in loco supradicto videlicet frater honoratus, & frater  
 Ludouicus si secundum Deum viuere volunt, de bonis ipsius loci & ecclesie nutriã-

B V L L A

tur, viuantque vna cum domino Ludouico Priore, secundum regulam suæ professionis, in quantum eis erit possibile, & humanâ fragilitas viuere sinet. Quiquidē Prior deinceps in prædicto monasterio ad suæ professionem regulæ nequaquam assumere non valeat. Si vero inter prædictos Canonicos aut commissos siue laicos Deo dicatos aut oblatos fuerit aliquis perditionis seu iniquitatis filius, & cōcinitus, quod absit, se emendare noluerit, ad arbitrium Vicarij, Prioris seu Rectoris, & Capituli Canonice priuari possit, & de loco expelli. Constitutiones autem alias siue statuta vltra prædicta in quantum expectant & expectare possunt ad prædictam ecclesiam siue locum autoritate prædicta reuocamus, annullamus, infringimus, & irritamus, & pro irritatis & reuocatis, & annullatis haberi volumus, & mādamus, prædictis vero Vicario, Priori sæculari, siue Rectori, cum suo Capitulo plenam dantes auctoritatem, vt possint nouas sibi constitutiones seu statuta condere, corrigere, addere, vel minuire, prout eis secundum Deum videbitur, quotiescunq̄ue voluerunt, & quacunq̄; alia ordinandi quæ ipsis vtilia visa fuerint & oportuna, ad augmentum diuini cultus & clericalis honestatis, pro obseruatione huiusmodi reformationum, institutorum, & statutorum. Quæ omnia & singula approbamus & volumus esse perpetua, addentes, vt non obligent ad culpam aliquam mortalem aut venialem, sed tantummodo per Vicarium, Priorem seu Rectorem sæcularem prædictum, delinquentibus pænitentia imponatur. Et siquid in contrarium à quoquam fuerit attemptatū quauis autoritate ex nunc prout ex tunc statuimus, & dicta autoritate Apostolica decernimus ipso facto irritū & inane. Impugnatores autē huiusmodi excommunicationis vinculo innodantes à quo nisi eadem autoritate Apostolica munus absolutionis nequeant obtinere, & si tales impugnatores Episcopali vel quacunque alia ecclesiastica, vel sæculari præfulgeant dignitate, reseruata nobis vsque ad annum à datis præsentium computandū, addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, reformandi, in omnibus & singulis præmissis, prout nobis videbitur secundum Deum nihilominus potestate. In quorum omnium testimonium præsentibus fieri iussimus nostrique Pontificalis sigilli munimine roborari, datum & datū Venetijs in loco supradicto sancti Georgi in Allega, Castellanensis Diocæsis: Anno Natiuitatis Domini Milleesimo, quadringentesimo quarto, in dictione duodecima, die Iouis, tricesimo, mēsis Octobris, præsentibus venerabili viro dño præbitero Ioāne de Puteo Archidiacono & Canonico Ecclesiæ Nigrepontinis, domino Petro Mamuceno, quondam domini Marini Canonico ecclesiæ Teruisinis, Nobili viro & Alberto de Dento quondam domini Andreæ de parrochia sancti Iuliani & Bartholomeo Faba, filio quondam Donati de parrochia sancti Vitalis, & alijs testibus ad præmissa vocatis, specialiter & rogatis, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Inocentij diuina prouidentia electi papæ septimi, anno primo. Ego Luchinus bono filius quondam & Marci ciuis & habitator Venetiarum, Apostolica & Imperiali autoritate notarius publicus prædictarum literarum Apostolicarum præsentationi, & ipsarū executioni, seu ipsius domini executoris & Cōmissarij Apostoli dispensationi, modificationi,

ficationi, mutationi, prioratus prædicti, & nouæ reformationis ipsius loci sancti Georgi in Allega, & omnibus alijs, & singulis prædictis vna cum suprædictis testibus præsens fui, & sic fieri vidi, & audiui eaq; rogatus demãdato prælibati domini Commissarij, & executoris applicari, & scripsi, & in hãc publicam formam redegì, signoq; meo, & nomine solitis me subscripsi in fidem, & testimonium præmissorum omnium, & nulli ergo, &c. nostræ confirmationis, cõmunicationis, suppletionis, cassationis, & voluntatis infringere, &c. Siquis, &c. Datum Romæ, apud sanctum Petrum quinto. Kalendas Iulij, anno primo, sumptum de registro literarum Apostolicarum, & collatum per me Hugolinum dictarum literarum registratorem, & concordat.



**EUGENIUS** ad futuram rei memoriam. Apostolicæ nobis iniunctę de super seruitutis officium mentem nostram excitat, & inducit, vt ea quæ pro ecclesiasticarum præsertim studio piæ vitæ vacantium, ac die noctuq; diuinis laudibus insistentium personarum quarumlibet illarumq; monasteriorum, ecclesiarum, & aliorum locorum, statu salubriter dirigendo, pro futura conspiciamus, & per quæ ab eis omnis dispendij materia auferatur operosis studijs intendamus. Cum itaq; sicut non nullorũ fidedigna relatione percipimus, plerumq; contingat Priores, Præpositos, & Rectores, tam sancti Georgi in Allega de Venetijs, Castellanenensis Diocæsís, quàm aliorum monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, & ecclesiarum, ad dilectos filios vniuersos Canonicos congregationis Canoniorum sancti Georgi in Allega de Venetijs nuncupatis, expectantium inter per eos pro tempore celebratum, & celebrãdum, Capitula generalia decedere, seu eorum prioratus, præposituras, Rectorias alias quomodolibet dimittere, & cum iuxta mores instituta, consuetudines, & priuilegia eis desuper ab Apostolica Sede concessa ipsi canonici singulis annis semel tamen certis anni temporibus generale Capitulum celebrare, & in dicto Capitulo Priores, præpositos, & Rectores, & monasteria: Prioratus præposituras, & Ecclesiasticas huiusmodi quæ iuxta ritus, mores, instituta, & priuilegia ante dicta, per annum dumtaxat teneri possint eligere, & deputare consueuerunt, & debeant essetq; difficile pro vna quaq; electione, seu deputatione cuiuslibet ex prioribus præpositis, & Rectoribus prædictis, occurrente illorum vacatione generale Capitulum congregare, & si illorum electio seu deputatio vsq; ad futurum, tunc celebrãdum Capitulum, protelaretur possent ex eorum proluxa vacatione monasteria, prioratus Præposituræ, & Ecclesiæ sic vacãtia grauia in spiritualibus, & temporalibus subire detrimenta. Nos super his monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, & ecclesiarum, nec non Canoniorum prædictorũ, indénitatibus salubriter prouidere volentes Motu proprio, non ad ipsorum Canoniorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex nostra certa scientia autoritate Apostolica, tenore presentium statuimus, & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris tẽporibus quotiescunq; prædictum monasterium sancti Georgij, tunc Canonici in ipso monasterio sancti Georgi commorantes, quoties vero alia monasteria, prioratus, præposituras, &

B V L L A

ecclesiasticas, prædicta processus, vel alias quasuis dimissiones, Priorum, Præpositorum, vel Rectorum, illorum inter pro tempore celebratum, & celebrandum Capitula huiusmodi vacare, aut ipsi vniuersis Canonicis aliquod aliquem, vel aliquam monasterium, Prioratum, Præposituram, seu ecclesiam, per eos perpetuo tenendum, & gubernandum, seu tenendam, regendam, & gubernandam de nouo concedi contigerit: tunc Prior monasterij sancti Georgij, in ipso monasterio sancti Georgij commorans, Canonici prædicti ad monasteria, Prioratus, præposituras, & Ecclesias sic vacantia, vel vacantes, aut tunc de nouo concessos, seu concessa, Priores, Præpositos, & Rectores, quorum officia dumtaxat vsq; ad futurum celebrandum Capitulum durent eligere, & deputare possint, volumus tamen quod occurrentibus vacationibus ante dictis Canonici in monasterio sancti Georgij cõmoraniẽsis prædicti, alios Canonicos, in Prioratibus, Præposituris, & Ecclesijs eis vicinis ad collationes, seu deputationes huiusmodi, si eis visum fuerit vocare, nec non Canonici, in alijs monasterijs, Prioribus, Præposituris, & Ecclesijs, vocantibus prædictis Priores, Præpositos, & Rectores, quorum officia durent, vsq; ad futurum proximo Capitulum, si per Priorem monasterij sancti Georgij, & in illo cõmorantes Canonicos cõfirmari cõtigerit, alioquin donec, & quousq; ipsi Prior monasterij sancti Georgij, & cõmorãtes Canonici, ad illa alios Priores, Præpositos, & Rectores duxerit eligendos, seu deputandos eligere, seu deputare libere, & licite alicuius desuper licentia nullatenus requisita, non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs præfatis Canonicis cõcessis, quæ alias in suo robore volumus permanere, nec non statutis, & cõsuetudinibus dictæ congregationis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;e, nulli ergo, &c. nostræ constitutionis statuti ordinis, & voluntatis infringere, &c. Siquis, &c. Datum Romã, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, decimo sexto Kalendas Februarij, anno sexto X. & subsequebantur, hæc verba videlicet, sumptum de registro literarum Apostolicarum, & collationatum per me Hugouinum dictarum literarum registratorem, & concordat, &c. Quibus omnibus, & singulis suprãdictis tanquam rite, & legitimæ factis, & celebratis nostram, & dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ inter posuimus auctoritatem ordinariã, & iudiciariam tenoreq; præsentium, interponimus pariter, atq; decretum. In quorum, omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentem literas, siue præsens publicum instrumentum huiusmodi nostrum transumptum, seu transcriptũ in se continentem, siue continens ex inde fieri, & per notarium eiusdem curiæ supra, & infra scriptum subscribi & publicari mãdauiimus, sigilliq; dictæ Curiæ quo vtimus iussimus, & fecimus appensione communi. Datum & datũ Romę, apud sancti Celsi de vrbe Ecclesiam, nobis inibi mane hora tertiarum, & audientię causarũ Apostolicę consueta, ad iura reddenda, & causas audiendas, in loco nostro solito, & consueto pro tribunali sedens sub anno à Natiuitate Domini, Millesimo, quadringentesimo septuagesimo in dictione tertia, die vero Sabbati, decima sexta mensis Iunij, Pontifica-

tur sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia, Papæ secundi, anno sexto, præsentibus ibidem discretis viris magistris Cincio de Viterbio, Laurentio Venatij, Geraldo de Piscia, & Iacobo de Castellione, dictæ Curix notarijs scribisque nostris, testibus ad præmissa vocatis, & rogatis. Et ego Antonius Bartholomei de Vulterris publicus Apostolica, & Imperiali autoritatibus, ac Curix causarum camerae Apostolicæ notarius qui præmissis omnibus, & singulis dū sic, vt præmittitur, & fierent vna cū præ nominatis testibus præsens inter fui, & ea omnia, & singula sic fieri vidi, & audiui, idcirco hoc præsens publicum transumpti agerentur instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicauit, & in hanc publicam formam redegei, signoque, & nomine mei solitis signaui vna cum sigillo præfatæ Curix causarum camerae Apostolicæ rogatus, & requisitus in omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum.

**LITERA EVGENII PER QVAM MVTATIO**  
 nis, ac reductionis sancti Georgij, & aliarum Ecclesiarum statuta, & præuilegia eisdē cōcessa per Bonifaciū, & Gregorium prædecessores, atq; traductionis ex certa scientia confirmat, & approbat.



**EVGENIUS** Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam, & si cunctis Christi fidelibus per viam mandatorum domini incedentibus, vt de bono in melius gradientur applicū nos deceat adhibere præsidium, illos tamen præcipuè nos cōuenit specialibus fauoribus Apostolicis communiri, quos diuinæ beneplacito volūtatis astrictius coaptari sentimus, vt exinde ipsorum pium propositum possint ad laudem, & gloriā diuini nominis, & animarum salutem salubrius, & quietius adimplere, & illis quæ circa hæc alias prouidè gesta comperimus, vt illibata persistant libenter, cum à nobis petitur Apostolici muniminis adiicimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Reectoris, seu prioris, & Capituli sæcularis, & collegiatæ Ecclesiæ sancti Georgij in Allega de Venetijs Castellanus Diocæsis, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim ipsa Ecclesia, quæ monasterium ordinis sancti Augustini extiterat ex eo præsertim, quia erat regulari obseruantia, ac personis per quas reformari valeret pænitus destitutum: in sæcularem, & collegiatam ecclesiam autoritate Apostolica fuit erecta cū suppressione ordinis memorati. Ita quod in ea ex tunc Canonici sæculares Capitulum facientes, & in communi viuentes, sub vno tecto, & in eodem dormitorio dormientes, ac in eodem refectorio comedentes, perpetuis futuris vigerent temporibus, qui inter alia possent pro eorum fælici statu de bono in melius roborando, statuta & ordina-

tiones facere per eos laudabiliter obseruanda: quodq; post modum Rector, seu Prior Canonici, & Capitulum prædicti, illo dirigente à quo virtutum, & gratiarum omnium dona proueniunt: adeo fuerunt per exemplaris vitæ merita, & virtutes laudabiliter conuersati: quod non nullas videlicet sancti Ioanis decollati, sancti Iacobi de Monte Silice, sancti Augustini de extra vincentiam, cum Sanctorum Firmi, & Rustici de Leonico eius membro, sancti Angeli de Môte Verone, & sancti Gregorij extra portam sancti Vitalis Bononiensis, Castellanensis, Paduanensis, Vincetium, Diocæsis, Ecclesias, quarum aliquæ regulares, seu monasteria, vel Prioratus, tam virorum, quam mulierum, fuisse dicuntur ad eorum viuendi modum, cultum, ritum, seu obseruantiam quædam Apostolica, & quædam ordinaria autoritatibus reduxerunt, quas annis singulis visitant, & in eis annales dumtaxat Rectores, Priores, vel Præpositos ponunt, illis præsentatq; regant, dirigant, & augmentent, & quod circa præmissa, & alia eorundem præmissorum statuum, perseverantiam, & augmentum concernentia, tam à quodam Bonifacio Nono, & Gregorio Duodecimo, (in eorum obediencia nuncupatis) quam à felicis recordationis Martino Papa Quinto, prædecessore nostro, quam alias Apostolica, & ordinaria autoritatibus antedictis, successiuis temporibus diuersæ literæ emanarunt. Quare pro parte Rectores, seu Priores, & Capituli prædictorum fuit nobis humiliter supplicatum, vt ne ipsi, & alij supradicti, aut cæteri ad eorum viuendi modum huiusmodi, illustrante domino in posterum forsitan reducendi, seu prædictæ, aut alię reducendæ ecclesiæ huiusmodi in eorum statu valeant molestari præmissa omnia, & singula, etiam in literis prædictis contenta, seu ipsarum autoritate secuta approbare, & etiam confirmare ad defectus siqui interuenerint in eis supplere, & insuper eis omnibus, & singulis indulgere, quod apud illam ex huiusmodi iam acquisitis, vel vt præfertur acquirendis ecclesijs, quam pro celebrando eorum ac ecclesiarum prædictarum & personarum earundem, sub obseruantia huiusmodi viuenti dumtaxat communi Capitulo, annuatim duxerint eligendam congregari, & inibi singulis eorum ecclesijs Rectores, Priores, seu Præpositos annuales qui per ipsorum eligentium, seu maioris partis eorum electionem, & electorum subsecutum, seu præstitum assensum absque eorundem electorum facienda Diocæsanis locorum, seu alijs præsentatione, aut ipsorum licentia, vel consensu administrare valeant eligere, ac pro omnibus, & singulis ecclesijs huiusmodi statuta, & ordinationes edere possint, quodque decernere ac eis quod huiusmodi per eos in futurum acquirendæ ecclesiæ omnibus, & singulis concessionibus supradictis vti gaudere, & potiri valeant: indulgere, & alias in præmissis eis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui personarum iugo domini, sub positis humeris in humilitatis spiritu deseruientium statum ne dum conseruari, sed de bono in melius adaugeri totis præcordijs affectamus huiusmodi supplicationibus inclinati sancti Georgij, & aliarum omnium prædictarum ecclesiarum, statuum, inutationes, & erectiones, ac ordinum suppressiones, nec nõ aliorum monasteriorum, seu locorum regularium à quibus ipsa reformata monasteria, seu Prioratus dependebant nomina, & designationes, nec nõ Bonifacij, & Gregorij,

ac prædecessoris Martini prædictorum, alias quoque Apostolica, & ordinaria autoritatibus super ijs concessas literas cum inde secutis, huiusmodi eorum omnium tenores ac formas vires, & defectus præsentibus, ac si in eis de verbo ad verbum inserta forent habentes pro sufficienter expressis autoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus, & etiam approbamus, suppletes omnes, & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem: & nihilominus prædictæ sancti Georgij, & aliarum ecclesiarum huiusmodi Rectoribus, Prioribus, & Præpositis, Canonicis, & Capitulis antedictis pro tempore existentibus, quod ipsi apud illam ex prædictis, vel alijs ad huiusmodi in communi viuendi normam, seu obseruantiam forsitan reformandis, & acquirendis ecclesijs, quam annuatim, vt præmittitur duxerint eligendam ecclesiam pro omnium ecclesiarum huiusmodi ac personarum, earundem viuentium sub norma, vel obseruantia prædicta, communi Capitulo celebrando annuatim congregari, ac inibi singulis ecclesijs ipsis Rectores, Priores, vel Præpositos annales, per eligentium huiusmodi, seu maiorem partem eorum erectionem, & ipsorum electorum, præstitum consensum, in prædictis videlicet acquisitis, absque Diocæsanorum locorum, seu quorumcumque aliorum licentia, vel consensu, seu de illis eisdem diocæsanis, vel alijs facienda præsentatione in acquirendis vero ecclesijs huiusmodi, post factam de electis ipsis, seu electionibus eorundem diocæsanis præfatis præsentationem, & præstitum ab eisdem consensum, seu super hoc concessam licentiam administrare possint, deputare ac statuta, & ordinationes, quæ pro ecclesiarum, seu locorum, ac personarum huiusmodi utilitate ac statu prospero confouendo, & in melius reformando ac Dei seruitio utilia prospexerint, eam vim ac si autoritate Apostolica prædicta emanassent habitura: & quæ omnes, & singulæ personæ ecclesiarum huiusmodi, ac si in eis edita forent obseruare possint. Ita etiam quod si contingat, per loci diocæsanum aliquam ecclesiam de nouo ad normam, vel obseruantiam viuendi huiusmodi reformari, & Rectori, seu Priori, & Capitulo prædictis, offerri huiusmodi reformatione, ac oblatione per ordinarium facta, & ipsorum Capituli acceptatione secuta, ac prouiso illi vt præmittitur, de Priore, Proposito, vel Rectore, reformatio, oblatio, acceptatio, & prouisio huiusmodi, ac alia inde secuta valeant, & subsistant ac si prædicta autoritate Apostolica processissent: edere ac statuere, & ordinare in omnibus, & per omnia libere, & licite valeant autoritate Apostolica, & scientia supradictis earundem, tenores præsentium indulgemus. Non obstantibus Apostolicis, ac Prouincialibus, & Synodalibus constitutionibus, ac præfatorum reformatorem, & alios à quibus illa forsitan dependebant monasteriorum, ac Prioratum, & ordinum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, suppletionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem, hoc attentare præsumperit indignatione omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datù Rome, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dñice, Millesimo, quattuagesimo, tricesimo primo, octauo Idus Decembris, Põtificatus nostri anno primo.

B V L L A

LIT E R A E V G E N I I P E R Q V A M O M N E S  
 libertates exemptiones per alios Romanos Pontifices, ipsi ordini  
 concessas apporbat, atque confirmat.



V G E N I V S Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Reçtori, & Capitulo sæcularis colligiatae ecclesie sancti Georgi in Allega de Venetijs Castellaniensis. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus grato cõcurrentes assensu omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, nec non pro talibus in eorum obedientia reputatis: siue per priuilegia, vel per indulgentias vobis, & ecclesie vestre concessas: nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactioinum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & ecclesie prædictæ indultas, sicut eas iustè possidetis, vobis, & per vos eidem ecclesie autoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus: volentes, ac discernentes autoritate, & scientia supra dictis, quod sancti Ioannis decollati, sancti Iacobi de Monte Cilice, sancti Augustini de extra vinctiam cum ecclesia sanctorum firmi, & Rustici de Leonico, eius mēbro, ac sancti Angeli de Monte Verone, & sancti Gregorij extra portam, sancti Vitalis Bononiensis, Castellaniensis, Paduanensis, Vincetium, ac Veroniensis Diocæsis ecclesie, quæ ad vestram obseruatiã, & ritum videlicet, quod earum Rectores, Præpositi, seu Priores, & Canonici, seu personę in communi viuant sub vno tecto, & in eodem dormitorio dormiant, ac in eodem refectorio comedat, prout vos viuitis dormitis, & comeditis, sunt redactæ, nec nõ quæcũq; aliæ ecclesie ad obseruantia, & ritum huiusmodi præstare dño in posterum reducendæ, seu etiam reformadæ: postquam reductæ & reformatæ fuerint, vt præfertur omnibus, & singulis, libertatibus, immunitatibus, priuilegijs, & indulgētijs huiusmodi gaudeat, & potiatur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã nostræ cõfirmationis cõmunitioinis, & volutatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis aut hoc attetare præsumserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit in cursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleesimo, quadringentesimo, tricesimo primo, octauo Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.



LITÆRA EVGENII QVA RECTORI FACULTATEM largitur, vt in omnibus quibusuis votis, & si peregrinationis sint, vel sancti Iacobi, seu beatorum Apostolorum Petri & Pauli dispensare possit.



EVGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Rectoribus, Canonicis, & Clericis, alijsque personis cōgregationis sancti Georgij in Allega de Venetijs, in eiusdem sancti Gregorij, ac sancti Ioannis de collati de Padua, nec non sancti Iacobi de Monte Cillice, ac sancti Augustini extra vincentiam, nec non Sanctorum firmi, & Rustici, de Leonico, ac sancti Angeli de Monte Verone, nec non sancti Georgij in Braida de Verona, ac sancti Gregorij prope Bononiam, Castellanenensis, Vicentinensis, Veronensis, & Bononiensis Diocæsis, Monasterijs commorantibus præsentibus, & futuris. Salutem, & Apolicam benedictionem sacre Religionis, sub qua mundanis propulsis illecebris in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum impenditis altissimo famulatum promeretur honestas, vt eaque vestrorum, & personarum in vestris Monasterijs degentium pro tempore statũ, & animarũ salutem respiciunt, fauorabiliter concedamus. Hinc est quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt Rector congregationis vestre qui nunc est, & qui pro tempore fuerit: vota quacũque etiam si transmarina, aut sancti Iacobi, seu beatorum Petri & Pauli Apostolorum, per nos, aut alios quoscũque congregationem ipsam pro tempore cum proposito inibi remanendi intrantes, & in illa altissimo quoad ipsi vixerint famulantes, missa in alia pietatis opera commutare: nec non cum singulis qui aliquam religionem intrandi, & in illa permanendi, quocũque modo, aut ex quauis causa votum fecerint: si congregationem prædictam intrauerint, & in illa perpetuo altissimo famulari promiserint, & cũ effectu ad impleuerint, vt ad huiusmodi voti obseruantiam minime teneantur dispensare possit. Quodq; singuli, confessores idonei quos singuli ex vobis, ac alijs personis ac seruientibus tam Clericis, quã laicis præsentibus, & futuris in congregatione præfata quo ad vixerint altissimo famulantibus duxeritis, seu duxerint eligendos: omnium peccatorum de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, seu fuerint: semel tantum in mortis articulo plenam remissionem concedere valeant vobis, & eis, tenore præsentium indulgemus. Si tamen quod iidem confessores de ijs, de quibus alteri satisfactio impedenda fuerit illam singulis, ex vobis ac prædictis alijs faciendã iniungant, illis vero qui ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua committeret, quoad illa prædicta remissio nullatenus suffragetur: quodq; confessores ipsi singulorum confessiones audire, & pro commissis etiã si talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica fuerit merito consulenda, debitam absolutionem impendere, & pœnitentiam salutarem iniungere:





**EUGENIUS** Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs vniuersis Canonicis & clericis congregationis sancti Georgij in Allega nuncupatae de Venetijs Castellanus Diocæsis. Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad ea ex Apostolicæ seruitutis officio libenter intendimus: per quæ personarum Ecclesiasticarum altissimo gratum famulatum reddentium, salutis, paci, & tranquillitati vtiliter & salubriter valeat prouideri. Hinc est quod nos vestris deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, omnibus & singulis præfatae congregationis præsentibus & futuris, dummodo in dicta congregatione perseverare exposuerint, autoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus: vt quilibet vestrum quando oportunum videbitur, idoneum & discretum præbiterum ipsum valeat eligere confessorè, qui confessionibus vestris diligenter auditis, pro commissis vobis debitam absolutionem impèdat & iniungat pænitentiam salutarem, semel tantum si extiterint talia de quibus Sedes Apostolica sit merito consulenda: ac super irregularitate quomodocumque; forsitan contracta, Homicidio voluntario, mutilatione membri, ac bigamia dumtaxat exceptis dispense: dummodo ex confidentia concessione huiusmodi non reddamini procliuiiores ad illicita in posterum committenda: ac etiam quoties oportunum fuerit. Nisi extiterint forsitan talia propter quæ Sedes Apostolica merito sit consulenda, & nihilominus, vt in locis vestris habitis ac in posterum, alias tamen licite habendis & acquirendis tempore generalis interdicti possitis, ianuis clausis ac excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis & submissa voce, in vestra & familiarium etiam salario conductorum præsentia, missas & alia diuina officia per sacerdotes & clericos, & alios in præfata congregatione degentes facere celebrari. Dummodo vos vel illi causam non dederitis interdicto, nec illud vobis vel illis contigerit specialiter interdicti. Qui quidem sacerdotes vobis & familiaribus præfatis quotiens expedierit, ecclesiastica sacramenta absque iuris alieni præiudicio ministrare valeant: huiusmodi quoque tempore cum aliquem ex vobis seu familiaribus prædictis: etiam salario conductis ab hac luce Deo iubente migrare contigerit, eorum corpora decedentium ecclesiasticæ sepulturæ tradere valeatis autoritate & tenore prædictis indulgemus. Insuper cum aliquando per extraneos iudiciorum anfractus, vel mandata forensia personas diuinis intentas ministerijs infestari seu turbari ac inquietari contingat, volumus, & eadem vobis, & vestrum cuiuslibet autoritate concedimus, vt si aliquando accidat quauis autoritate etiam Apostolica, vobis vel alicui vestrum causam aliquam spiritualem ecclesiasticam, vel sæcularem seu prophanam cognoscendam, vel exequendam, aut mandatum aliquod exequendum iniungit: vel etiam visitationis officium ecclesiæ, vel pij loci committi: vt ab huiusmodi iniunctis oneribus vos abque inobedientia, labe vel nota libere excusare & exonerare possitis, quando vobis videbitur opportunum.

B V L L A

¶ **P R Æ T E R E A** Cum defectum natalium patientibus Clericis & personis dicte congregationis vestre, vt ad omnes etiam sacros ordines promoueri, & quæcūq; per Canonicos dicte congregationis gubernari solita, etiam si Prioratus seu præposituræ vel Rectoriæ, aut officia se inuicem compatiencia fuerint. Dummodo aliàs ad ea Canonicè assumantur, retinere liberè & licitè valeant: Pictauiensis Concilij & quibusuis alijs constitutionibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs nequaquam obstâ tibus misericorditer dispensamus. Insuper vt quæcunq; possessiones & bona, minus vobis & ecclesijs seu locis vestris vtilia, personis cum quibus ecclesiarum vel loco rum huiusmodi conditionem possitis efficere meliorem, in emphiteosim perpetuam concedere, nec non pro alijs vtilioribus commutare ac etiam vendere & alienare. Dû tamen pretium quod ex inde proueniet pro alijs possessionibus, & bonis magis vti libus, aut in reparationem bonorum & possessionum dicte congregationis deterioratorum seu alias in euidentem vtilitatem, huiusmodi ecclesiarum vestrarum Recto ris, & Capituli ecclesiæ cum bona sic, vt præmittitur alienari contingat accedente con sensu, conuertere & exponere possitis auctoritate prædicta licentiam elargimur. Cæte rum pro serenandis quorumlibet conscientijs, volumus vt quotiens alicui seu aliqui bus si dubitationis aut scrupuli aliquid emerferit, ordinationi & dispositioni Recto ris seu Prioris, vel Præpositi qui pro tempore fuerit in ecclesijs, vel locis huiusmodi stare, & secundum ipsius declarationem, & voluntatem vos conformare debeatis: vo lentes & eadem auctoritate concedentes quot omnes & singuli qui de dicte congrega tione sunt, & erunt vt præfertur omnibus & singulis priuilegijs, libertatibus & immu nitatibus ordini aut congregationi vestris generaliter concessis aut in posterû conce dendis, vt valeant pariter & gaudere. Quodq; si huiusmodi priuilegijs per vos aut ali quem vestrum hæctenus contrauentum fuerit, vel in futurum contraueniri cõtingat, ipsa nihilominus in suo pleno robore permanere debeant, & illibata conseruentur ac si semper illæsa permanissent, dummodo per spatium decem annorum continue dic tis priuilegijs per contrarium vsum non fuerit derogatum. Casibus tamen in quibus priuilegia nisi per legitimam præscriptionem contraueniendo perduntur, semper sal uis. Non obstantibus felicis recordationis Clementis Papæ v. prædecessoris nostri, & alijs cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non congregationis & ordinis prædictorum, iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunq; firmitate alia robo ratis statutis & consuetudinibus cæterisq; cõtrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnio hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursu rum.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadrin

gentesimo, quadagesimo, quarto decimo, Kalendas Augusti Pon

tificatus nostri Anno decimo. Gratis de mandato Do

mini nostri Papæ. Ia. de Viterbio. A:

de Florentia.

ALIA IPSIVS EVGENII LITERA PER QVAM

loca omnia huius congregationis constructa, & construenda, & bona habita, & habenda eximit atq; liberat ab inquisitionibus hæreticæ prauitatis.



**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Piæ postulatio voluntatis qua dilecti filij canonici & clerici congregationis sancti Georgij in Allega nuncupati, in cõmuni vitam ducentes dedito studio piæ vitæ in diuersis partibus Italiæ, Ecclesijs siue locis, mundanis abiectis illecebris cū adeptione voluntariæ paupertatis virtutum domino famulatur, non indigne meretur, vt Apostolica Sedes eos ipsorumq; loca, & Ecclesias collegiatis benignis fauoribus confoueat, & specialibus gratijs prosequatur, in his præsertim quæ animarum suarum status salutem respiciunt & quietem. Sane pro parte deuotorum Canonorum, collegiatorum dictorũ, nobis exhibita petitio continebat, quot licet ipsi cupientes suos in cęlestibus thesauros collocare, & ob hoc sedulum Deo impendere famulatum, aliosq; ad loca eorum se conferentes verbo, & exemplo quantum dominus concesserit ad bene ac recte viuendum inducere, tamen nonnunquam contingit ipsos clericos prædictos per Inquisitores hæreticę prauitatis in illis partibus pro tempore residentes & deputatos ab eos sub diuersis prætextibus occasionibus fictisq; coloribus in debite molestari. Nos igitur cupientes, vt ijdem Canonici eo quietius & deuotius inhumilitatis spiritu altissimo famulètur, ac pietatis studium in salutem animarum diuturna iam experientia in eos comprobatum vberiores ac gratiores fructus proferat quo se nouerint eiũdem Sedis vberiori gratia communitos. Huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatos canonicos præsentis & posteros eorumq; ecclesias, ac loca constructa, & cõstruenda vbicunq; fuerint constituta, cum personis iuribus & pertinentijs, nec non possessionibus, terris, rebus & bonis suis, quæ ipsi in quibuscunq; locis legitimè possident, & in posterum dante domino, ex similibus suffragijs fidelium, aut alias iustis titulis poterunt adeptisci, ab omni iurisdictione & potestate eorundem Inquisitorum qui sunt, vel pro tempore erunt autoritate Apostolica tenore præsentium prorsus eximimus, & perpetuo liberamus, ac sub beati Petri & eiusdem Sedis, nec nõ Ordinariorum locorum in quorum ciuitatibus & Diocæsis dicta bona & ecclesiæ consistunt, protectione suscipimus atq; nostra ipsosq; Canonicos liberos, & exemptos esse decernimus, & immunes, nobisq; & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intransmissis, & dictæ Sedi ipsisq; Ordinarijs immediatè subesse. Itaque Inquisitores prædicti nullam possint in dictos canonicos & clericos, ecclesias, loca, iura, & bona huiusmodi quacunque ratione, causa, vel potestate iurisdictionem, vel potestatem exercere. Sed dumtaxat coram dicta Sede, vel eius delegatis, aut ordinarijs suprædictis te-

neantur

Est: Br:  
la estã  
uogada

neantur respondere: felicitatis recordationis Innocentij Papæ i i j. prædecessoris nostri, & qualibet alia constitutione Apostolica contraria non obstante. Decernentes insuper ex nunc omnes & singulos excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias ac processus quas & quos cōtra canonicos & clericos præfatos promulgari cōtigerit, vel haberi irritos pœnitus, & innanes. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ exēptionis, liberationis, susceptionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario cōtra ire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datū Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringētesimo, quadragēssimo, duodecimo, Kalendas Februarij Pontificatus nostri Anno decimo. Gratis de mandato Domini nostri Papæ. Blondus. B. Palauicinus.

ALIA LITERA EIVSDEM EVGENII PER quam bona omnia, loca, ac personas huius congregationis liberat a subsidijs, & impositionibus quibuscunq;



EVGENIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quamquā ex debito summi Pontificatus officij nobis ex alto cōmissi circa Ecclesiarum, ac Ecclesiasticarum, locorum, & personarū omnium commoda, & utilitates nos deceat intentos existere: illas tamen eisdem personis, quæ piæ, & castæ vitæ studio intendentes mundanis abiectis illecebris in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum exhibent altissimo famulatum: tanto propensioribus fauoribus prosequimur, quanto ipsarum personarum vita laudabili, ac moribus debite compensatis id conspicimus in domino salubriter expedire. Cum itaq; sicut nobis innotuit dilecti filij canonici de collegio siue cōgregatione sancti Georgij in Allega de Venetijs Castellansis Diocæsis, multis citra temporibus plura, Ecclesias, atq; loca ecclesiastica in diuersis ciuitatibus, terris, atq; locis partium Italiæ consistentia, in quibus etiam piè, castè, & in communi degentes, missasq; & alias horas canonicas nocturnas, ac diurnas diebus singulis celebrātes interim permanserunt prout etiā in copioso numero præsentialiter permanent, in spiritualibus, & temporalibus ad laudem, & gratiam diuini nominis, sacrique cultus, & populorū deuotionis augmentum multipliciter reformauerint, ac propterea nec non ex eorum multiplicatis virtutibus plurimi fructus etiam ad salutem animarum pluriū fidelium partium earundem hætenus prouenirent, & quotidie proueniant, & alias ipsi omnibus, & singulis Deo deuotis personis ad eorum Ecclesias, ac loca prædicta de alienis partibus, seu locis pro tempore applicantibus hospicio suscipere, eisque humanitatis officia etiam in victui necessarijs exhibere consueuerunt, & ad id iuxta eorum statuta speciali.

specialiter intenti existant: ac ad hoc, nec non ad alia eis, & ipsorum ecclesijs ac locis prædictis, quæ vnum corpus existunt: pro tempore incumbentia expensarum onera Ecclesiarum, atque locorum huiusmodi, vix suppetant, & quodque non sufficient facultates, nos præmissa debite compensantes, ac attendentes, quod præfati Canonici in vitæ continentia, ac sanctimonia, alijsque pluribus, & diuersis virtutibus, ac fructuosis operibus in dies multiplicant, & fidelibus partium, in quibus pro tempore moram trahunt, castitatis, humilitatis, atque multiplicis virtutis exemplum fore noscuntur: nec non propterea eis, & statui ipsorum, ne ob facultatum carentiam minuantur, sed vt sublatis ab ipsis dispendijs alijsque extraordinarijs oneribus quibuslibet, in numero operibus, & virtutibus supradictis augeantur, quantum cum Deo possumus providere volentes Motu proprio, non ad dictorum Canonicoꝝ, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatę petitionis instantiam: sed de nostra mera liberalitate vniuersis Canonicis de collegio, siue congregatione huiusmodi qui nũc sunt, & de cætero perpetuis futuris temporibus erunt, nec non eorum ecclesias, domus, atque loca præsentia, & futura ac etiam possessiones, domus, res, sensus, iura atque bona ad Canonicos, & ipsorum ecclesias, atque loca prædicta nunc, & in posterum expectantia, omnia, & singula vbicunq; consistentia, quorum qualitates, quantitates, loca, vocabula, confines, ac fructuum, reddituum, & prouentuum annuos, aliosque eorundem veros valores, præsentibus haberi volumus pro expressis: nec non quoscunq; colonos, & laboratores super possessionibus, & bonis ipsis pro tempore commorantes, ceterosque quoad hoc ipsorum in Canonicorum præsentium, & futurorum, Procuratores negotiorum, gestores, affectuarios, & pensionarios, in quantum ecclesias, domus, loca, res, cęsus, iura, atque bona contingunt: ab omnibus, & singulis datis, impositionibus, subsidijs, etiã charitatiuis, ac decimis alijsque oneribus, contributionibus, & exactionibus, quibuscunq; nominibus nuncupentur, per nos, vel Sedem Apostolicam, aut legatorum eius, seu nostra, vel dictę Sedis autoritate, aut per locorum ordinarios, seu eorum clericos, vel eorum aliquem, seu aliquos, aut alias quomodolibet, ex quibusuis causis etiam legitimis, & rationabilibus impositis, hæctenus, & in posterum imponendis, ac ab illorum, & cuiuslibet ipsorum, persolutionibus: autoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium de specialis dono gratiæ perpetuo eximimus, & totaliter liberamus ac prorsus, & omnino libera, & exempta perpetuo esse decernimus, & declaramus, volentes etiam ac scientia, & autoritate prædictis statuentes, & cõcedentes, quod nulla per nos, vel Sedem prædictam in genere, vel in specie, sub quibusuis formis, aut verborum expressionibus: nec non decretis irritatibus, & cum quibuscunq; etiam clauularum indiuidualium, & quod illis nisi sub certa forma minime derogetur: nec derogatum fuisse censeatur vim, & effectum habentium, ac huiusmodi formæ, siue illa seruata fuerit, siue nõ, prohibitoris, aut alias effectui præsentium, præiudicialibus clausulis concessa hæctenus, vel in posterum concedenda, literæ, priuilegia, & indulgentiam etiam contra exempta, personas, ecclesias, loca, atque bona quæcunq; se extendentia: Quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, huiusmodi præsen-

tibus etiam haberi volumus pro expressis, nisi in illis tenore eorundem præsentium de verbo ad verbum insertus, ac de nominibus, & cognominibus ecclesiarum, & locorum prædictorum, specialis, & expressa mentio facta fuerit: exemptioni, nec non decreto, & declarationi nostris huiusmodi aliquantulum præiudicare possint, seu debeant: quinimo huiusmodi præsentibus literæ, ac contenta in eisdem plenariam roboris firmitate obtineant: ac exemptio, & liberatio nostræ prædictæ plenarie, & effectualiter obseruentur per inde in omnibus, & per omnia, ac si tunc aliæ literæ priuilegia, & indulta prædicta nullatenus emanassent: Quibus ex nunc, prout ex tunc, quoad hoc specialiter derogamus. Illis alias in suo robore permansuris, & nihilominus omnibus, & singulis ciuitatum, terrarum, castrorum, atque locorum quorumlibet dominijs, dominis, communitatibus, eorumque, & alijs quibusuis officialibus præsentibus, atque futuris, cæterisque personis, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, cuiuscumque gradus, status, vel conditionis existant, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, aut alia quauis ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant: autoritate Apostolica supradicta harum serie monemus, mandamus pariter, & inhibemus de cætero, ne vlllo vnquam tempore per se, vel alium, seu alios quo vis quæsito colore directæ, vel indirecte contra exemptionem, liberationem, decretum, declarationem ac tenorem præsentium huiusmodi, in toto, vel in parte venire, facere, aut aliquid attentares tudeant, vel præsumant: alioquin in illos ex eis, qui adie, sibi de præmissis factæ notitiæ infra tres dies mediate sequentes, monitioni, seu inhibitioni huiusmodi pro tempore non paruerint; ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam harum serie proferimus, & promulgamus, à qua à nullo alio, præterquam à Romano Pontifice absolutionis beneficium nequant obtinere, nisi in mortis articulo constituti. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque: aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, dominijs, dominis, communitatibus, officialibus, & personis prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuissim ab eadem Sede indultum existat: quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, constitutionis, declarationis, voluntatis, statuti, confessionis, derogationis, monitionis, mandati, inhibitionis, prolationis, & promulgationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit. Indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo secundo, septimo Idus Iunij, Pontificatus nostri anno duodecimo.






**N** nomine Domini nostri, Iesu Christi, eiusque gloriosissimę genitricis semper Virginis Marię, Amen. Anno à natiuitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi, Millesimo, quadringentesimo sexto, in die Otione ix. die decimo octauo mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Eugenij, diuina prouidentia Papę III. anno sexto decimo, actum Venetijs, in Episcopali palatio, & audientia infra scripti reuerendi patris domini Episcopi Castellanensis, presentibus venerabilibus viris domino prębytero Stephano, quodam Antonij de Zorcello, ipsius domini Episcopi Capellano, domino prębytero Ioanne Cauolino, succanonicali Castellano, filio Antonij de Venetijs, & domino Alberto subdiacono Castellano, quodam Petri de Venetijs, testibus ad hæc habitis vocatis specialiter, & rogatis, & alias ibi supra scriptum exemplum, seu transumptum per me Ioannem notarium de Nimis subscriptum, ex supra scriptis authenticis priuilegijs, seu patentibus literis Apostolicis, numero sex, more Romanę Curię ad singulas earum: Bulla plumbea in pendenti sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Eugenij diuina prouidentia Papę III. ad cordulas cirici, rubei croceiq; coloris munitis, non vitiatis, non abrais, non abolitis, non cancellatis, vel in cisis, nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentibus sumptum, & scriptum in ijs quatuor antecedentibus cartis membranis colligatis, Reuerendo in Christo patri & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicę Sedis gratia Episcopo Castellano, pro tribunali sedenti insinuatum fuerit. Et ibidem coram eodem reuerendo domino Episcopo Castellano, sicut præfertur pro tribunali sedente fuit per me Ioannem, & Gasparinum Petrarcham, & Thomam Bonetis de Venetijs, ac Antonium de Bagno ciuem Venetum prælibati domini Episcopi Chancellarium, notarios publicos infra scriptos diligenter, & fideliter abscuratū, & qui ipse Rodericus de minus Episcopus inuenit, & vidit ipsum exemplum, seu transumptum cum dictis originalibus, & authenticis literis Apostolicis in omnibus, & per omnia concordare: vt eidem exemplo, seu transumpto, tanquam prædictis originalibus literis Apostolicis adhibeatur, vbiq; locorum de cætero fides amplissima, pro tribunali sedens suam ilico interposuit auctoritatem pariter, & iudiciale decretum: mandans dictis Gasparino, Thomę, & Antonio, ac mihi Ioanni notarius infra scriptis, vt ipsi exemplo, seu transumpto in testimonium, & fidem nos subscribere deberemus. Et ad ipsius exempli, seu transumpti, & omnium prædictorum plenam fidem, & robur, idem reuerendus dominus Episcopus iussit, & mandauit ipsum exemplum Pontificalis sigillo, seu appensione muniri.



**E**GO Antonius Iacobi de Bagno Ciuis Venetiarum publicus Imperiali, auctoritate notarius, & Episcopalis Curię Castellanę Chancellarius, & scriba supra scripta sex transumpta contenta in quatuor precedentibus folijs, siue certis scripta copiata, & assumpta à literis Apostolicis santissi-

B V L L A

mi domini nostri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IIII. quarum literarum Apostolicarum primæ tenor incipit. Ad perpetuam rei memoriam. Secundæ tenor incipit. Dilectis filijs Reçtori, & Capitulo sæcularis, & collegiatæ ecclesiæ, &c. Tertie literæ tenor incipit. Dilectis filijs Reçtoribus, Canonicis, & clericis, alijsquè personis, &c. Quartæ incipit. Dilectis filijs vniuersis Canonicis, & clericis, &c. Quintæ incipit. Pix postulatio voluntatis, &c. Sextæ incipit. Ad perpetuam rei memoriam, quamquam ex debito Summi Pontificatus, &c. Coram reuerendissimi in Christo patre, & domino domino Laurentio Iustiniano Episcopo Venetiarum Castellanensis, alias nuncupato, ad hanc insinuationem transumptorum super electo, & assumpto per venerabiles dominos Priorem, & fratres de congregatione sancti Georgij, in audientia Episcopalis palatij, vna cum venerabili viro domino Gasparino Petrarcha, & Thoma quondam Vgolim, notarijs publicis, & authenticis in præsentia testium infra scriptorum die mensis Augusti millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, auscultauit, vidi, & examinaui, & qui ipsa transumpta inueni in omnibus concordare, præsentialiter cum præfatis literis Apostolicis, sanis, integris, & illæsis, & in nullo suspectis, & vera ipsius domini nostri bulla plumbea ad cordulam canapis moræ Curie Romanæ communitis: ideo in hoc loco in fine præfatorum assumptorum me cum signo proprio his subscripsi.



**T** ego Gasparinus quondam Stephani Petrarcha ciuis, & habitator Venensis, clericusque Castellanensis Diocæsis, publicus Imperiali autoritate notarius, in præsentia actu transumptionis supra scriptorum sex indultorum Apostolicorum specialiter admissus, & assumptus, vna cum supra scripto Magistro Antonio de Bagno insinuatore, nec non cum Thoma, quodam Guillelmi notarijs publicis, atque famosis. Coram reuerendissimo in Christo patre, & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellanensi, vti coram diocæsano, & authentico domino. Ad instantiam venerabilium patrum, & dominorum Prioris, & consociorum congregationis societatis sancti Georgij in Allega vulgariter nuncupatæ, dum supra scripta sex indulta Apostolica, à sanctissimo in Christo patre, & domino nostro domino Eugenio, diuina prouidentia, Papa IIII. dictæ societati gratiose concessa, de quibus singulis per supra scriptum magistrum Antonium, in sua subscriptione fit sufficiens mentio legerentur, & diligenter per nos notarios auscultarentur vsque ad finem interfui: & qui per omnia reperi concordari, nec in aliquo discrepare, quod sensum, & intellectum mutare posset ab ipsis, sex indultis Apostolicis, & bullis gratiosis integris, & sanis, more Romanæ, & Apostolicæ Curie bullarum: interueniente decreto supra scripti domini Episcopi, ante cuius presentiam præsens insinuatio fiebat, ad fidem, & robur omnium præmissorum me subscripsi apponens nomen meum cum signi mei consueta interpositione.



**E**T ego Thomas de Bonetis, quondam domini Magistri de Bonetis publicus Imperiali autoritate notarius, & iudex ordinarius in præfenti actu transumptionis supra scriptorum sex indultorum Apostolicorum specialiter admissus, & assumptus, vna cum supra scripto Magistro Antonio de Bagno insinuatore: nec non cum domino præbytero Gasparino notarijs publicis, atq; famosis, coram reuerendissimo in Christo patre, & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellaneusi, vti coram diocæsano, & autentico domino, ad instantiam venerabilium patrum, & dominorum, Priores, & consociorum congregationis societatis sancti Georgij in Allega, vulgariter nuncupatæ, dū supra scripta sex indulta Apostolica, à sanctissimo in Christo patre, & domino nostro domino Eugenio, diuina prouidentia, Papa III. dictæ societati gratiosè concessa, de quibus singulis per supra scriptum Magistrum Antonium, in sua subscriptione fit sufficiens mentio: legerentur, & diligenter per nos notarios auscultarentur: vsque ad finem interfui, & quia omnia reperi cōcordati, nec in aliquo discrepare, quæ sensum, & intellectum mutare posset ab ipsis sex indultis Apostolicis, & Bullis integris, & sanis, more Romano, & Apostolicæ Curie Bullarū interueniente decreto supra scripti domini Episcopi, ante cuius præsentiam insinuatio præsens fiebat, ad fidem, & robur omnium præmissorum me subscripsi, apponens nomen meum cum signi mei consueti interpositione.



**E**T ego Ioannes quondam Antonij de Nimis Aquilegiensis diocæsibus publicus Imperiali autoritate notarius, & iudex ordinarius, supra scriptum exemplum, siue transumptum fideliter scripsi copiaui, atque transumpsi à sex originalibus authenticis patētibus literis Apostolicis sanis, integris, & illæsis, non cancellatis, non ab rasis, non viciatis, non maculatis, nec in aliqua sui parte suspectis: ad singulas earum vera sanctissimi in Christo patris, & domini Eugenij diuina prouidentia Papæ III. Bulla plumbea ad cordulam sirici, rubei croceiq; coloris, more Romanæ Curie in pendentis munitis nihil addens, vel minus quod sententiam mutet, aut variet intellectum: ipsumque transumptum, sic in publicam formam redactum. Coram reuerendo in Christo patre, & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopo Castellaneusij, ad hæc specialiter electo, pro tribunali Sedente legi, & auscultraui, vna cum supra scriptis Antonio Iacobi de Bagno, & Gasparino, quondam Stephani Petrancha, & Thoma, quondam Magistri Vgolini de Bonetis de Venetijs, notarijs publicis, & authenticis. In præsentia quoque testium supra scriptorum. Et quia reperi ipsum transumptum, cū prædictis originalibus literis Apostolicis, in omnibus concordare: ideo ipsum publicum, & in hanc publicam, & authenticam formam redegī: & hic me propria manu subscripsi: signum quoque meum apposui consuetum in fidem robur, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

B V L L A

ALIA IPSIVSMET EVGENII LITERA QVA  
 statuit, & sub excommunicationis sententia censuit, quod hi qui à con-  
 gregationis obedientia expediti recedunt ipsa eadem die  
 recessus habitum dimittere teneantur.



EVGENIVS Episcopus servus servorum Dei. Ad fu-  
 turam rei memoriam, Apostolicæ nobis in iunctæ de-  
 super servitutis officium mentem nostram excitat, &  
 inducit, vt circa ea quæ ecclesiasticarum præsertim flu-  
 dio piæ, & communis vitæ deditarum, ac die noctuq;  
 diuinis laudibus insistentium personarum quarumli-  
 bet honorem, & venustatem respiciunt, & per quæ ab  
 eis omnis dispendij materia auferatur operosis studijs  
 intendamus Cum itaq; sicut ad nec strum non sine dis-  
 plicentia grandi peruenit auditum pro eo quod non

nulli ex dilectis Canonicis congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega de  
 Venetijs Castellansis Diocæsis nuncupate, qui sub quodam humili, & honesto ha-  
 bitu certorum coloris, & formæ, ac suavi obedientiæ iugo cõmunem vitam agentes,  
 & noctuq; diuinis officijs insistentes: gratum student impèdere altissimo famularum:  
 stabilitatis violato proposito, non modo ab illo abiecto pænitus ab eis iugo obedi-  
 tiæ huiusmodi retrocedere: sed etiam temere habitum congregationis prædictum ge-  
 stando per diuersa Italiæ ciuitates, & loca discurrere, nec non plerumq; inhonestam  
 vitam ducere multipliciter præsumperunt, & præsumunt, plurima Canonicis con-  
 gregationis huiusmodi murmuraciones per turbationes, & scandala prouenerunt, &  
 nisi desuper oportune prouideatur verosimiliter prouenient in futurum. Nos præ-  
 sumptionibus talium cõgruis, prout nostræ incumbit sollicitudini remedijs, obuiare  
 volentes, autoritate Apostolica præsentis perpetua, & irrefragabili constitutione statui-  
 mus, & ordinamus: quod illi qui hætenus recesserunt, aut amoti fuerunt infra decem  
 dierum spatium postquam præsentis ad eorum notitiam deuerint: hi vero ex Ca-  
 nonicis congregationis huiusmodi, qui forsan in posterum recedent, siue à monebũ-  
 tur à congregatiõne, & obediẽtia prædictis, etiam infirmitatis, debilitatis, vel alia qua-  
 uis rationabili causa, ac de licentia superioris sui, incontinenti in die recessus sui ha-  
 bitum præfatum realiter & omnino dimittere teneantur, illum vltierius nullatenus  
 assumpturi, nisi forsan ad obedientiam, & congregationem huiusmodi redierint, & in  
 eis per eos ad quos expectat recipiantur, decernentes ex nunc omnes, & singulos, qui  
 contra statutum, & ordinationem nostrã huiusmodi venire quomodolibet præsump-  
 serint maioais excommunicationis sententiã incurrere eo ipso, & si forsan aliquis ex  
 præsumptoribus huiusmodi, dictam sententiã per mensẽ animo, quod absit, sub-  
 stinuerint indurato: ac ordinarius loci, in quo præsumptorẽ ipsum personaliter apræ-  
 hendi, seu inueniri quo tempore contigerit, pro parte Canonicoꝝ congregationis  
 prædi-

prædictorum super his locis, & temporibus congruis requisitus, dictū præsumptorem personaliter capi facere, ab eo huiusmodi habitū auferre infra quindecim dies, ab huiusmodi requisitione cōputandos neglexerit, aut fortē recusauerit: ex tunc lapsis quindecim diebus eisdem præfati Canonici, seu ad hoc ab eis pro tēpore deputati præsumptorē ipsum personaliter capere, & ab eo dictū habitū auferre, seu capi, & auferri facere, absq; cuiusuis pænæ incursum libere, & licitē possint: præfati ordinarij, & cuiuscumq; alterius super hoc, licentia nullatenus requisita: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, & insuper quascumq; literas Apostolicas super cōstitutione, statuto, & ordinatione prædictis à nobis forsā emanatas, aliud quā præsentibus expressum est continentēs, reuocamus, & irritamus: illasq; nullius esse roboris, vel momenti decernimus, non obstantibus cōstitutionibus, ac priuilegijs, gratijs, & indultis, nec non literis Apostolicis, in specie, seu genere, sub quacumq; verborū forma concessis, etiam si de illis eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret mentio: quibus omnibus illis alias in suo robore permansuris quo ad præmissa derogare intendimus, & expressè derogamus per præsentēs, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, cōstitutionis, intentionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autē hoc attemptare præsumpserit indignationē omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datū Romæ, apud sanctū Petrū, anno Incarnationis Dñice, Millesimo, quadringentesimo, quadragessimo sexto, decimo. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto decimo. Blondus. Gratis demandato D. N. Papæ.

**ALIA LITERA EIVSDEM EVGENII QVA DE**  
 gentibus in dicta congregatione facultatem exhibuit, vt à quouis Antistite ad sacros ordines promoueri possint.



**EVGENIUS** Episcopus seruus seruorū Dei. Dilectis filijs vniuersis, & singulis Prioribus, Præpositis, Canonicis, & personis quarūcumq; ecclesiarum de congregatione sancti Georgij in Allega, nuncupata Castellauensis Diocesis. Salutem & Apostolicā benedictionē. Exigit vestræ deuotionis sinceritas, vt humilibus votis vestris, in his per quæ vestris cōmodis, & mētis quieti cōsultitur, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus: hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis vt vos, & singuli, quos in antea in Canonicos quarūcumq; ecclesiarum vestræ cōgregationis pro tempore recipi contigerit ad hoc alias idonei, omnes etiam sacros ordines à quibuscumq; malueritis, & maluerint, catholicis Antistibus gratiam, & cōmunionem Apostolicæ Sedis habentibus, statutis tamen à iure temporibus, tam in capellis, siue ecclesijs vestris, quā

B V L L A

ad hoc locis cōgruius, & honestis recipere, ipsiq; Antistites vobis, & ipsis prædictos ordines conferre, & impendere, libere, & licitè possitis, & valeant: ordinariorum locorū, & quorumuis aliorum super his licentia minime requisita auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus Apostolicis, ac provincialibus, & Synodalibus, generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, cæterisq; contrarijs quibuscūque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ concessions infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurū. Datū Romæ, apud sanctū Petrū, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo primo decimo. Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo. Datum gratis, demandato D.N. Papæ.


 Litera Summi Pontificis de stationibus obtinendis, per supplicationis modum, sub simplici signatura concessa. 

**B**eatissime pater, vt animarum saluti deuotorum Rectores, Priores, seu Præpositorum, Canonicorum, & aliorum congregationis sancti Georgij in Allega Castellensis Diocæsis nuncupatæ salubrius consulatur, & cōprōptiores ad Dei seruitium se exhibere, & perseuerare disponant, quo ex beneficentia. S.V. & sanctæ Sedis Apostolicæ, amplioribus spiritualibus donis reperint se munitos, humiliter supplicatur eidem. S. quatenus præfatis Rectoribus, Prioribus, Præpositis, Canonicis, clericis, nec non laicis, commisis, & familiaribus, qui in dicta congregatione permanere disposuerint præsentibus, & futuris: ipsis in obedientia. V.S. ac successorum vestrorum Summorum Pontificum, Canonicè intrantium remanentibus, vere pænitentibus, & confessis: vt singulis diebus stationem almæ vrbs septuagesimæ, vsq; ad octauam Resurrectionis inclusiue, & omnium Dominicarū de Aduentu, cum Vigilia, & festis Natiuitatis Dominicæ: omniumq; aliarum solemnitarum, & dierum, qui in Missali, secundum Romanæ Curie consuetudinem continentur, altaria ecclesiarum, in quibus pro tempore eos esse contigerit cum Psalmo Miserere mei Deus, seu cum ter pater noster, & A.M. pro quolibet visitantes, illas indulgentias consequantur, quæ in singulis ecclesijs dictarum stationum illas visitantibus concessæ sunt, quibuscumq; in contrarium facientibus non obstantibus. Fiat vt petit. Gratis.

¶ Et quod huiusmodi simplex signatura sufficiat, ac si literæ Apostolicæ desuper confererentur concedere dignemini de gratia speciali. fiat: Gratis. Datum Florentiæ quarto Kalendas Septembris, anno decimo.

 Alia eiusmodi signaturæ, quod Canonici possint confessiones audire, &  decalibus Episcopis reseruatis absoluerè, & Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant.

**B**eatissime pater. S. V. per deuotos filios vestros Canonicos, seu clericos congregationis sancti Georgij in Allega de Venetijs, quatenus eis pro salute animarum, & consolatione multorum concedere dignemini pro omnibus locis suis habitis, & habendis: quod sacerdotes eiusdem congregationis audire confessiones, & absoluerent, ac dispensare valeant in omnibus casibus Episcopis reseruatis in foro cōscientiæ: Nec non conferre Eucharistiæ Sacramentum venientibus ad illos pro sua deuotione. Et hoc de speciali gratia eiusdem. V. S. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque, fiat vt petit. Gratis. Et quod huiusmodi supplicationis simplex signatura sufficiat, ac si literæ Apostolicæ desuper conficerentur concedere dignemini, de gratia speciali. fiat. Gratis. Datum Florentiæ decimo septimo. Kalendas October, anno decimo.



**ALIA EIVS MODI SIGNATURÆ QVA CVM** excommunicatis, & interdictis possint diuina celebrare, absque aliqua peccati, seu irregularitatis nota concedit dummodo tales personæ non sint denunciatae.



**B**EATISSIME Pater. Cum non nunquam contingat excommunicatas, seu interdictas personas ad deuotorum. S. V. clericorum, Canonicorum sancti Georgij in Allega nuncupatorum de Venetijs Castellanenſis Diocæſis, ecclesias dum inibi missæ, & alia diuina officia celebrantur accedere. Et si dictæ personæ de ecclesijs ipsis expellerentur, vel clerici prædicti à diuinis huiusmodi cessarent, posset ex inde scandalum oriri. Supplicatur. e. S. per præfatos clericos quatenus eis in præmissis paterno consulentes affectu eis & eorum cuilibet præsentibus, & futuris, vt si contingat, tam in ecclesijs suis huiusmodi, quam alibi Missas, & diuina præfata, etiam in præsentia excommunicatorum, seu interdictarum personarum quarumlibet celebrare. Et cum personis huiusmodi quomodolibet participare. Participatio huiusmodi ad aliquod peccatū, pœnam, vel notam nullatenus eis, aut alicui eorum imputetur: dummodo non facerent ex contemptu: dum tamen personæ prædictæ publice excommunicatae non sint, seu interdictæ denunciatae, concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, non obstantibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque fiat vt petit. Gratis.

B V L L A


¶ Et quod simplex signatura sufficiat, absque eo quod literæ Apostolicæ, de super con-  
ficientur decernere dignemini de gratia speciali, Gratis. Datum Floretiæ; tertio no-  
ueno Nouembris anno decimo.



**N** nomine Domini nostri Iesus Christi, Amen. Anno à Natiuitate Do-  
mini nostri Milleesimo, quadringentesimo, quadragesimo cætauo,  
in dictione vndecima, die Sabbathi. xx vij. mensis Iulij: Venetijs, in Episco-  
pali palatio, in sala maiori audientiæ infra scripti reuerendi domini Episcopi,  
iupra scripta exempla, siue transumpta per me Franciscum de Nigris notarium  
subscriptū, ex supradictis authenticis patēribus literis Apostolicis, videlicet præmissis  
Bulla plumbea bullatis, & tribus vltimis simplici signatura signatis, manu olim san-  
ctissimi in Christo patris, & domini domini Eugenij Papæ III. fideliter sumpta, &  
scripta, reuerendo in Christo patri, & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei &  
Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellanensi, pro tribunali in sala prædicta seden-  
ti insinuata fuerunt, & ibidem coram eodem reuerendo domino Episcopo, sicut præ-  
fertur pro tribunali sedente fuerunt per me Franciscum notarium infra scriptum, ac  
Gregorium, quondam Donati polo de Venetijs, & Baldasarum, quondam domini Al-  
berti de Cicis de Caruazio Venetijs habitantem publicos notarios infra scriptos di-  
ligenter, ac fideliter auscultata, & quia ipse reuerendus dominus Episcopus inuenit,  
& vidit ipsa exempla, seu transumpta cum dictis originalibus, & authenticis literis  
Apostolicis, in omnibus, & per omnia concordare: vt ipsis exemplis, seu transumptis,  
tanquam originalibus suis, vbiq; locorum de cætero fides amplissima præbeatur pro  
tribunali, sedens vt supra, suā illico interposuit autoritatē pariter, & iudiciale decretū  
mandans dictis Gregorio, & Baldasari, ac mihi Francisco notarijs infra scriptis, vt ip-  
sis exemplis, seu transumptis in testimonium, & fidem nos subscribere debere. Et ad  
pleniorē etiam fidem mandauit idem reuerendus dominus Episcopus ipsa exempla  
seu transumpta Pontificalis sigilli sui bulla pendente muniri.



**G**O Gregorius, quondam Donati polo ciuis, & habitator Venetijs, pu-  
blicus, & Imperiali autoritate notarius, ac iudex ordinarius supra scrip-  
ta omnia transumpta, siue exempla scripta, & exemplata per Frāciscum  
de Nigris notarium infra scriptum ab originalibus, & authenticis lite-  
ris Apostolicis supradictis duabus bullatis, Bulla plumbea, tribus vero  
simplici signatura signatis. Coram reuerendissimo in Christo patre, & domino domi-  
no Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellanensi, pro  
tribunali supra sedente, vna cum dicto Francisco, & Baldefar, notarijs supradictis, legi  
& auscultauit. Et quia ipsa exempla, seu transumpta cum dictis originalibus literis, in  
omnibus, & per omnia concordare inueni, vt eisdem exemplis, seu transumptis, tan-  
quā eorum originalibus, de cætero vbiq; locorum adhibeatur plena fides de ipsius  
domini Episcopi mandato me subscripsi, meumque signum apposui consuetum.



**E**GO Baldesar, quondam domini Alberti de Siccis de Carauazo, publicus Imperiali autoritate notarius, supra scripta omnia transumpta, sine exempla scripta, & exemplata per Franciscum de Nigris notarium infra scriptum ab originalibus, & authenticis literis Apostolicis supradictis duabus bullatis, Bulla plumbea, tribus vero simplici signatura signatis. Coram reuerendissimo in Christo patre, & domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellanensi, pro tribunali supra sedente, vna cum dicto Francisco, & Gregorio notarijs supradictis, legi auscultauique. Et quia ipsa exempla, seu transumpta cum dictis originalibus literis in omnibus, & per omnia concordare inueni, vt eisdem exemplis, seu transumptis, tanquàm eorum originalibus, de cætero vbique locorum adhibeatur plena fides de ipsius domini Episcopi mandato me subscripsi, meumque signum apposui consuetum.



**E**GO Franciscus de Nigris, filius Symonis de Casalimajori habitator Venetiarum, publicus Imperiali autoritate notarius, atq; iudex ordinarius supra scripta exempla, seu transumpta fideliter scripsi, copiaui, atq; transumpsi ab originalibus, & authenticis, authenticis literis Apostolicis supra scriptis, duabus scilicet Bulla plūbea bullatis. Cæteris vero tribus vltimis simplici signatura manu propria sanctissimi olim in Christo patris, & domini domini Eugenij Papæ III. signatis, sanis, integris, non cancellatis, non ab rasis, nec in aliqua parte vitiatas, aut suspectas, nihil addens, vel minuens quod sententiam mutet, aut variet intellectum: ipsaq; exempla, seu transumpta, sic in publicam, & authenticam formam redacta. Coram reuerendissimo in Christo patre, domino domino Laurentio Iustiniano, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Castellanensi iudice ad hoc specialiter electo, pro tribunali sedente, legi, & auscultauit, vna cum scriptis Gregorio, quondam donati polo, & Baldesare de Carauazio notarijs publicis. Et quia reperi ipsa transumpta cum prædictis originalibus literis Apostolicis, in omnibus concordare: ideo in hanc publicam redegi, & hic me subscripsi signumque meum apposui consuetum, in fidem robur, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

**L**itera Eugenij qua institutionem, & incorporationem monasterij de Villar per Martinum Papam. S. collatam confirmat, nec non omnia priuilegia sancto Georgio in Allega cōcessa, & ordini B. Hieronymi largitur.



**E**UGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam regimini vniuersalis ecclesiæ, quaquã in meriti disponente dño præsidere curis perurgemur assiduis, vt iuxta, credite nobis, de super dispensationis officium, circa subditorum quorumlibet præsertim ecclesiasticarum personarum, quæ mundanis abiectis illecebris studio piæ, & religiosæ vitæ in cõi ac charitatis vnione altissimo famulatur, in quarum vtiq; prosperitate reficimur statum salubriter, & prospere dirigendum sollicitudinis studio intendamus: & ijs quæ ad laudem & gloriam

riam

riam diuini nominis, sacrique cultus augmentum, ac vnionis huiusmodi propagatio-  
nem profutura cognoscimus, opem, & operam quantum cum Deo possumus, impen-  
dimus efficaces: vt per vestrae operationis ministerium, & Apostolici fauoris praesi-  
dium, personae ipsae, illarumque ecclesiae, & loca, singulis ab eis sublatis dispēdijs prof-  
peris gratulentur euentibus, ac in spiritualibus, & temporalibus fœlicia suscipiunt in-  
crementa. Dudum siquidem ordinis sancti Benedicti, & Abbatialis dignitatis in  
ecclesia sancti Saluatoris de Villar, de frades Bracharanensis diocœsis, olim monasterio  
eiusdem ordinis suprefsiōnem, extinctiōnem, & ipsius monasterij in sœculare be-  
neficiū institutionem, ac erectionem, nec non vnionem, annexiōnem, & incor-  
porationem de parrochiali ecclesia sancti Saluatoris de Varzea, præfatae diocœsis, eidē  
ecclesiae sancti Saluatoris de Villar, ac de illa venerabili fratri nostro Ioanni Episco-  
po Visenēsis, tunc Rectori parrochialis ecclesiae sancti Iacobi de Tremis Vlixbonensis  
diocœsis collationem, & prouisionem, per venerabilem fratrem nostrum Fernan-  
dum Archiepiscopum Bracharensem, ordinaria factas: processum quoque confirma-  
tionis præmissorum quarundam literarum fœlicis recordationis Martini Papæ V.  
prædecessoris nostri, per quas idem prædecessor huiusmodi sub certis modo, & for-  
ma confirmari mandauit, autoritatibus habitum, ac omnia, & singula in eis con-  
tenta, & inde secuta autoritate Apostolica, & ex certa scientia approbauimus; & con-  
firmauimus, ac nostri scripti patrociniō communiuimus supplendo omnes defe-  
ctus, siqui forsan etiam super expressiōne fructuum ipsarum ecclesiarum interuenis-  
sent in eisdem: & nihilominus ipsi Ioanni, ac dilectis filijs Martino Laurentij, Ro-  
derico Amado, Ioanni Roderici, præbyteris, Alfonso Petri, & Martino Ioannis, cle-  
ricis, alijsque etiam laicis in præfata ecclesia de Villar, ac pro tempore in huiusmodi  
conuersatione degentibus, vt ipsi in dicta ecclesia, & quacumque alia sub eorum ob-  
seruantia ad eos expectante, quæ sub eorum obseruantia ad ipsos tunc pertinentes,  
vel in futurum per eos, & ipsorum successores adipisci, siue eorum societati colliga-  
ri, vel coniungi contingeret, Priores suos ad nutum, ac etiam constitutiones, sta-  
tuta, & ordinationes iusta, & rationabilia præsertim eorum tranquillum statum,  
animarumque suarum salutem, & diuini cultus incrementum concernentia libere,  
& licite facere valerent concessimus: ac vt Ioannes præbyteri, clerici, & alij prædi-  
cti omnesque eorū successores omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, im-  
munitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs, dilectis filijs Rectori,  
monasterio, & Canonicis sœcularibus congregationis Canonicorum sancti Georgij  
in Allega de Venerijs Castellanenſis Diocœsis, ac præposito, vel ordini mona-  
chorum heremitarum sancti Hieronymi, à Sede Apostolica, vel in genere, seu  
specie ipsorum ecclesijs, & locis quouis modo concessis: quorum tenores alijs  
nostris literis habuimus pro expressis, perinde vti, & gaudere libere, & licite  
valerent, ac si illa omnia, & singula Ioanni, præbyteris, clericis, & alijs, ac  
successoribus prædictis, nec non toti societati suæ specialiter concessa fuissent in-  
dulsimus, post modum vero sicut exhibita nobis nuper pro parte Ioannis Episco-

pi, præbyterorum, clericorum, & aliorum prædictorum petitio continebat, dictus Fernandus Archiepiscopus, tam circa eorum modum viuendi, quàm alias non nullas ordinationes & statuta fecit, ipsique præbyteri, clerici, & alij ordinationes, & statuta præfata admittentes, illa adimplere promiserunt, sub certis modo, & forma, prout in singulis literis prædictis, ac instrumentis publicis super inde confectis plenius continetur. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat præbyteri, & clerici, & alij prædicti, pro eo quod in præfatis nostris literis dicti monasterij, seu beneficij de Villar, nec non ecclesiæ vnite huiusmodi fructuum, reddituum, & prouentuum, verus valor secundum communem æstimationem expressus non fuit; & etiam per ipsas literas non apparet, quod monasterium, seu beneficium huiusmodi, præbyteris, clericis, & alijs præfatis, per eos ac ipsorum successores, qui de sua congregatione pro tempore essent perpetuo tenendum, regendum, & gubernandum, concessum, donatum, & appropriatum fuerit: sed dumtaxat quod de illo præfato Ioanni Episcopo collatio, seu prouisio facta extiterit, se super monasterio, seu beneficio huiusmodi, per aliquos in posterum molestari dubitent: præfatus quoque Fernandus Archiepiscopus inter alia quam plura, molestias, & grauamina per eum à pluribus annis citra præbyteris clericis, & alijs prædictis illata ab eisdem præbyteris clericis, & alijs licet ex concessionibus antedictis desuper exempti forent, ratione cuiusdam decimæ per ipsum Fernandum Archiepiscopum, tunc de nouo impositæ, collectas, seu taleas, vel decimam huiusmodi exigere: & ne ipsi ad eorum generale Capitulum vadant, ac iuxta mores, & instituta Canonicorum sancti Georgij in Allega prædictorum, viuant eis inhibere, nec non post appellationem per ipsos præbiteros, clericos, & alios à præmissis, & diuersis alijs per dictum Fernandum Archiepiscopum, & dilectum filium Ioannem de Abreu Archidiaconum decouto in ecclesia Bracharensi, illatis grauaminibus ad Sedem præfutam interpositam, tam in præbiteros, clericos, & alios prædictos, quàm eorum subditos, & parrochianos, excommunicationis aliasque diuersas sententias, & censuras ecclesiasticas promulgare illosque excommunicatos publice nuntiare, seu nuntiarum facere præsumpserit. Nos qui de præmissis sumus plenissimè informati, directioni, statui, & conseruationi, præbyterorum, clericorum, & aliorum prædictorum, ipsorumque congregationis, vel societatis, qui sicut accepimus, in diuersis ecclesijs, monasterijs, siue locis, illarum partium, mundanis abiectis illecebris, in communi, sub vitæ castimonia die, noctuque diuina in illis officia celebrando laudabiliter degentes varijs hætenus multiplicarunt, prout in dies multiplicant virtutum meritis prouidere volentes: ac sperantes, quod ex eorum vita laudabili, & fructuosis operibus, iam sibi concessa, & in posterum forsitan concedenda, ecclesias, monasteria, domus atque loca, in spiritualibus, & temporalibus prosperos, atque fælices successus, dante domino consequentur, vt ipsi, & aliæ personæ dictæ congregationis quos in antea perpetuis futuris temporibus Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar, defrades, decernimus nuncupandos, eo feruentius, & deuotius diuinis beneplacitis se coaptent, & in illis

persistant, quo se per nos, & Sedem prædictam specialibus gratijs munitos fore  
 conspexerint. Charissime in Christo filia nostra Elisabeht Regina Portugaliae il-  
 lustris nobis desuper humiliter supplicantis, ac præbyterorū, Clericorū, & aliorū  
 prædictorum, in hac parte supplicationibus inclinati autoritate Apostolica, & ex  
 certa scientia tenore præsentium præfatam appellationis, vna cum negotio principa-  
 li huiusmodi. Dilecto filio Baptistæ de Roma, electo Camerinesi, etiam tūc locum  
 vnius ex auditoribus causarum Palatii Apostolici, de mandato nostro tenenti, qui in  
 ea citationem vna cum inhibitione ad partes informa solita dicitur decreuisse, per  
 nos comissam, ac quascunq̄ue alias causas inter Fernandum Archiepiscopum, &  
 Ioannem Archidiaconum, nec non Præbiteros, Clericos, & alios prædictos super  
 præmissis, & illorum occasione in Romana Curia, seu extra eam indecisas pen-  
 dentes: Quarum status, nec non literarum, & processuum, statutorum, ordinatio-  
 num, sententiarum, & instrumentorum, ac omnium, & singulorum, aliorum  
 præmissorum, status, & tenores, præsentibus haberi volumus pro expressis ad nos  
 harum serie aduocamus, & ipsas causas earumq̄ue lites penitus extinguimus: ac præ-  
 biteros, Clericos, subditos, & parrochianos, nec non ipsorum quemlibet ab excō-  
 municationis, suspensionis, & interdicti, & alijsq̄ue sententijs, & censuris prædictis  
 absoluius, & absolutos fore censemus: Interdictum quoq̄ue, seu interdicta cui, vel  
 quibus ipsorum ecclesie, monasteria, atq̄ue loca quacunq̄ue forsan supposita existūt  
 penitus relaxamus: nec non volumus, atq̄ue decernimus, quod suppressio, extinctio,  
 institutio, reductio, vniō, incorporatio, & annexio, præmissæ: ac omnia alia, & singula,  
 in prædictis literis contenta, & quacunq̄ue indè secuta valeant, plenamq̄ue roboris fir-  
 mitatem obtineant: quodq̄ue monasterium, seu beneficium de Villar huiusmodi, cū  
 annexis ac omnibus iuribus, & pertinentijs supradictis, ac Canonicos de congrega-  
tione sancti Saluatoris de Villar, huiusmodi præsentibus, ac futuros perpetuo spectet, &  
pertineat: ac per illos iuxta mores, statuta, consuetudines, & priuilegia, congregatio-  
nis Canoniorum sancti Georgij prædictorum, teneatur, regatur, & gubernetur, ac te-  
neri, regi, & gubernari debeat in omnibus, & per omnia perindè, ac si indictis literis  
fructuum, reddituum, & prouentuum, monasterij, seu beneficij de Villar, & ecclesie  
vnitæ prædictorum verus valor secundū cōmunem destinationem expressus fuisset:  
ac per illas monasterium, seu beneficium huiusmodi, cum annexis ac iuribus, & per-  
tinentijs antedictis, Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar præsentibus  
& futuris præfatis, per eos iuxta ritus, statuta, & consuetudines antedicta perpetuo  
tenendum, regendum, & gubernandum, donatum, concessum, & assignatum, ex-  
istisset. Præterea atendentes quod Canonici de congregatione sancti Saluatoris de  
Villar, huiusmodi ex eorum vita laudabili, & operibus fructuosis, plurimum  
in partibus illis animarum fructum afferre poterunt: Omnia, & singula; statuta,  
& ordinationes per Fernandum Archiepiscopum, facta prædicta quorum omnium  
tenores, vt præfertur præsentibus haberi volumus pro expressis in quantum mori-  
bus, institutis, consuetudinibus, & priuilegijs, congregationis Canoniorum sancti  
Georgij

Georgij in Allega antedictis obuiāt, seu in aliquo ipsorum effectu retardare, vel impedire possent, reuocantes, cassantes, & annullantes nulliusque roboris, vel momenti fore decernentes; ac iuramenta per ipsos præbyteros, clericos, & alios, de obseruadis statutis, & ordinationibus per Fernandum Archiepiscopum factis, prædictis pænitus relaxantes: nec non illos à periurij reatu, si illum propterea incurrissent absoluentes: & absolutos fore censentes: accum ipsis, & eorum quolibet super irregularitate, si quã sententijs, & censuris huiusmodi, vel earum aliqua ligati: Missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrandum, aut alias se illis in miscendo, contraxerunt dispensantes: omnemque ab eis, & ipsorum quolibet inhabilitatis, & infamie maculam, siue notam præmissorum occasione contractam abolentes. Eisdem scientia & autoritate statuimus, & ordinamus: nec non præsentibus, & futuris, Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar prædictis concedimus, quod moribus, institutis, consuetudinibus, ac priuilegijs congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega, prædictorum se conformare, & iuxta illa viuere, nec non circa eorum modum viuendi quæcunque, dũ tamen honesta, & sacris Canonibus, non obuiantia, statuta, & consuetudines quoties eis videbitur, addere, corrigere, & mutare illisque; addere ipsorumque; Canoniorum, congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega, habitum gestare, nec non de Villar prædictum: ac omnia alia, & singula ecclesie, monasteria, ac loca, quæ ipsi Canonici congregationis sancti Saluatoris, nũc Canonice possident, & in posterum dante domino Canonice assequantur, ac possidebunt: omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs præfatis Canonice, congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega per nos, vel Sedem prædictam, sub quibusuis verborum formis concessis, & in posterum concedendis quæcunque, quocunque, & qualia cunque sint, vti, & gaudere possint, & valeant in omnibus, & per omnia, ac si illa præsentibus de verbo ad verbum inserta, ipsisque; Canonice congregationis sancti Saluatoris de Villar concessa forent, & insuper licet dicti Canonici congregationis sancti Saluatoris de Villar, iuxta priuilegia Canonice congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega, quibus vt præfertur eos posse vti concessimus: ab Archiepiscopi, & Archidiaconi prædictorum, nec non quorumcunque; aliorum ordinariorum iurisdictione, dominio, & potestate exempti sint, & vt tales censi debeant: quia tamen quod specialiter, quam quod generaliter statuitur, attentius obseruari consuevit, autoritate, & scientia prædictis eisdem Canonice congregationis sancti Saluatoris de Villar, præsentibus, & futuris, illorumque ecclesias, monasteria, atque loca, quæ possident, & in posterum possidebunt, cum omnibus iuribus ac pertinentijs, & rebus atque bonis, mobilibus, & immobilibus ad illos in præsentiarum, vel etiam in futurum quomodolibet pertinentibus: ab omnibus iurisdictione, dominio, & potestate dicti Fernandi Archiepiscopi, quandiu ipse ecclesie Barcharenensis præfuerit: nec non Archidiaconi præfati eorumque; officialium, pænitus, & omnino eximimus, ac totaliter liberamus: nec non sub beati Petri, & Sedis eiusdem protectione suscipimus, atque nostra: decernentes ipsos dictæ

B V L L A

Sedi immediate subiacere. Ita quod Fernandus Archiepiscopus, Archidiaconus, & officiales prædicti, etiam ratione delicti contractus, aut rei de qua agitur vbicunq; cõmitatur delictum, iniatur contractus, vel res ipsa consistat nullam in Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar, illorumque ecclesias, monasteria, loca, res, & bona præfata, vt potè prorsus exemptos, & exempta possint autoritate ordinaria excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti, sententias promulgare, siue potestatem, correctionem, visitationem, aut iurisdictionem aliquam, seu quod vis dominium exercere: sed dumtaxat Canonici cõgregationis sancti Saluatoris de Villar, huiusmodi in singulis causis, & negotijs eos pro tempore cõtinentibus coram dicta Sede, vel eius delegatis de ipsis querelantibus quibuslibet teneantur de iustitia respondere: Decernentes etiam ex nunc omnes, & singulos processus, nec non excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque sententias, censuras ecclesiasticas, atque pænas quos, & quas haberi, ac promulgari, nec non totum id, & quidquid fieri contigerit per Fernandum Archiepiscopum, Archidiaconum, & officiales prædictos, & quoslibet allos, etiam autoritate quacunq; contra huiusmodi exẽptionis, liberationis, ac constitutionis tenorem atque formam nullius subsistere robore firmitatis, cæterum quia lógum esse omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, indulta, & gratias per nos, vel sedem prædictam, Canonicis congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega concessa præsentibus de verbo ad verbum inferere, vt de illis omnibus, & singulis notitia haberi, ac fides fieri possint, volumus, & tenore præsentium decernimus, quod illis omnibus, & singulis per notarium, seu tabellionem publicum sub instrumento publico, venerabilis fratris nostri Episcopi Castellanensis, sigillo munito fideliter exemplaris perinde stetur, & plena fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæadmodum, adhiberetur, & illis staretur, si eorum literæ Apostolicæ originales essent exhibitæ, vel ostẽsæ, & insuper, vt quæcunq; per quæ huiusmodi literarum effectus, seu executio retardari, vel impediri quomodolibet posset tollatur materia: effectum, seu executionem huiusmodi cuiuscunq; exceptionis, etiam surreptionis, vel nullitatis proponendæ, vel appellationis interponendæ pro tẽpore, aut alterius quæsitæ coloris prætextu, seu occasione directæ, vel indirectæ, per Fernandum, & Ioannem Archidiaconum prædictos, aut quẽuis alium retardari, quomodolibet impediri nullatenus posse, dictis, autoritate, & scientia decernimur per præsentis, non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac piæ memoriæ Innocentij Papæ III. etiam prædecessoris nostri circa exemptos edicta quæ incipit: volentes, & alijs Apostolicis, nec nõ in Prouincialibus, ac Synodalibus concilijs, edictis specialibus, vel generalibus constitutionibus, cæterisque contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ aduocationis, exemptionis, reuocationis, cassationis, annullationis, relaxationis, absolutionis, dispensationis, absolutionis, statuti, ordinationis, cõcessionis, exemptionis, liberationis, subceptionis, voluntatis, & constitutionis, infringere, vel ciansu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit. Indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit

nouerit incursum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragésimo quinto, quarto Idus Martij, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

Gratis demandato domini nostri Papæ. Ia. de Caluis.

**L I T E R A M A R T I N I P A P Æ P E R Q V A M E I V S**  
 commissores approbauerūt redactionem, atque reductionem de Villar, à monasterio in parochiã, & in annexionem sancti Benedicti de Varzea, ipsi parochiæ.



**S**AYBAM quantos este publico estromento virem, q̄ no anno do Nascimento de nosso Senhor Iesu Christo de mil & quatrocentos & trinta & dous annos, dezenoue dias do mes de Julho, em a Cidade de Lamego em o alpendere da praça, sendo hi Garcia Fernandez luyz ordinario em a dita Cidade, em presença de mim taballião & testemunhas adiãte escriptas, per ante elle pareceo Rodrigo Amado, clerigo familiar do Bispaado da dita Cidade, & apresentou perante o dito luyz hũa letra Apostolica do Papa Martinho Quinto, que ora foi bullada da sua verdadeira bulla, do chumbo colgada, per fios de corda de canamo, a modo & costume de corte de Roma, da qual o theor he tal.

**M**A R T I N V S Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Visenensio, & dilecto filio Lupo Dolmodo, ordinis sancti Hieronymi, Generali Præposito. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolatus officium desuper nobis iniunctum mente nostra sollicitat, & inducit, vt circa ea, quæ diuini cultus incrementa respiciūt operosis studijs, & curis assiduis intendamus, illaque prosequamur fauoribus oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum Ioannis Vincentij, in artibus, & medicina magistri, Rectoribus, parochialibus ecclesiæ sancti Iacobi de Ternis Olixbonensis Diocæsis, nec non Martini Laurentij, Roderici Amado, Ioannis Roderici Præsbyterorum, Alfonsi Petri, & Martini Ioannis, clericorum, petitio continebat. Quid cum olim ipsi, & non nulli clerici, & laici, zelo deuotionis accensi cuperent humanis abdicatis sollicitudinibus, & sæcularibus curis, in aliquo loco honesto ad hoc congruente collegialiter, & in communi viuere, ac religiose inuicem conuersari studioque piæ vitæ continuum, & deuotum altissimo reddere famulatū, venerabilis frater noster Fernandus Archiepiscopus Bracharensis, propagatione diuini cultus affectus cupiens eosdem exponentes in eorum laudabili proposito confouere, ac considerans, & diligenter attendens, quod in monasterio sancti Saluatoris de Villar defrades

D ordinis

B V L L A

ordinis sancti Benedicti Bracharensis Diocæsis, quod propter inopiam, & fructuum exilitatem quas malitia temporum, & Abbatum, qui pro tempore fuerunt, incuria, atque neglectu incurrerat tunc Abbate, & conuentu carebat, nec reductionis ipsius ad statum pristinum spes vlla haberi poterat, cultus regularis obseruantia omnino per tempora multa cessauerat, monasterium ipsum prius, per eundem Archiepiscopum, in eo ordine, & dignitate suppressis pariter, & extinctis in sæculare beneficium autoritate ordinaria instituit, & reduxit, nec non parrochiam etiam sancti Saluatoris de Varza, eiusdem diocæsis, cuius viginti cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem beneficio, sic vt permittitur instituto, & reductio, cuius etiam viginti librarum Turo-nensis paruorum fructus redditus, & prouentus, secundum cõmunem æstimationem valorem annum, vt asseritur in portatis non excedunt : eadem autoritate, vniens incorporans, & adnectens beneficium ipsum cū annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis Ioanni Vincentij, eadem autoritate contulit, & de illa etiam prouidit, prout in literis eiusdem Archiepiscopi, super inde confectis dicitur plenius contineri, quarum vigore Ioannes Vincentij, beneficium ipsum cum annexis huiusmodi assecutus possidet, & ibidem cum dictis socijs residet de præsentis. Quare pro parte ipsorum Ioannis Vincentij, & præbyterorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt præfatis omnibus, & singulis pro eorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, & aliàs oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui diuinum cultum nostris potissimè temporibus augeri, & conseruari intensis desiderijs affectamus, de præmissis certam noticiam non habentes discretioni vestræ per Apostolica scripta comittimus, & mandamus quatinus vos, aut alter vestrum de præfatis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantijs vniuersis autoritate nostra vos diligenter informetis. Et si per informationem huiusmodi præmissa repereritis vera esse super quo vestram conscientiam oneramus, vnionem, annexionem, incorporationem, collationem, & prouisionem, præfatas, ac alia inde secuta, eidem Ioanni Vincentij, autoritate nostra præfata approbetis, ratificetis, & confirmetis, cum per præfatis huiusmodi, ac successoribus eorundem in perpetuum collegialiter, & in communi viuentibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus monasterij, & ordinis prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nos enim, si per vos vnionem, annexionem, & incorporationem, ac alia inde secuta approbare, ratificare, & confirmare contingerit, vt præfertur volumus, & Apostolica autoritate concedimus, quod Ioannes Vincentij Præbyteri, & laici, ac successores huiusmodi omnibus priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & indultis, religioni, & fratribus ordinis sancti Hieronymi, etiam à Sede Apostolica, sub quacumque verborum forma concessis gaudeant pariter, & vtantur. Datù Romæ, apud sanctos Apostolos. xiiij. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quarto decimo. A qual letra alsí mostrada, & apresentada perante o dito Iuyz, pollo dito Rodrigo Amado como dito he, disse ao dito Iuyz em seu

seu nome, & das outras pessoas na dicta letra contheudas, que elles entendian enuiar a dita letra per muitas partes, & lugares deste Reyno, & que se temia de a perder per fogo, ou agoa, ou per outro algum cajam, ou caso fortuito, & que lhe pedia, que lhe mandasse dar o theor da dita letra, & hum estromento publico com sua autoridade ordinaria, & que mandasse, que fizesse fee com o original, & o dito Iuiz vista a dita letra & como não era raza, nem viciada, nem entrelinhada, nem em algũa parte de si sospeita antes era de todo vicio, & sospeiçam carente, mandou a mim tabiliam, que desse ao dito Rodrigo amado hum estromento, & mais os que lhe cumprissem cõ o theor da dita letra com sua autoridade ordinaria, que a ello deu, & sob meu sinal, & mandou q̄ valesse, & fizesse feecom o verdadeiro original, & o dito Rodrigo amado pedio asy este estrometo, testemunhas q̄ presentes forão, Alvaro de Fragoas, & Fernão Pirez, & Góçalo Rodriguez, & Gil Esteuez, & Lourêço Afonço tabaliã, & outros, & eu Gil Góçaluez tabaliã por El Rey na dita Cidade, que presente foy com as ditas testemunhas, & a pedir a requerimeto do sobredito per autoridade, & mandado do dito Iuiz este estrometo escreui, & aqui meu sinal fiz em testemunho de verdade, que tal he, &c.

LIT E R A S V M M I P O N T I F I C I S N I C O L A I  
de confirmatione supragratiosam Eugenij qua indulset, vt  
Canonici possint facere statuta.



N I C O L A V S Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Prouisionis nostre debet provenire subsidium, vt ius suum cuilibet cõseruetur, hinc est quod nos tenorem quorundam literarum felicitis recordationis Eugenij Papæ III. prædecessoris nostri in registrum ipsius repertum pro eo quod sicut venerabilis fratris nostri Ioannis Episcopi Visentij, ac dilectorum filiorum, Rectoris, & Canonorum sæcularium cõgregationis sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharensis Diocæsis. Nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, ipsi eodẽ tenore se indigere asserunt, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorum supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, qui est talis.



E U G E N I V S Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Regimini vniuersalis ecclesiæ, quanquam immeriti disponẽte domino præsidentes curis per vrgemur assiduis, vt iuxta, creditæ nobis, de super dispensationis officium cura subditorum quorũlibet præsertim ecclesiasticarum personarum, quæ mūdanicis abiectis illecebris, studio piæ & religiosæ vitæ in communi, ac charitatis vnione altissimo famulantur: in quarum vtique prosperitate reficimur, statum salubritur, & prospere dirigendũ, sollicitudinis studio intendamus.

Et his quæ ad laudē, & gloriā diuini nominis sacriq; cultus augmētum ac vnionis huiusmodi propagationē pro futura cognoscimus, opē & operā quantū cum deo possūmus impēdimus efficaces, vt per nostræ operationis ministeriū, & Apostolici fauoris præsidium personæ ipsæ illarumq; ecclesiæ, & loca singulis ab eis sublatis dispendijs, prosperis gratulentur euentibus, ac in spiritualibus, & tēporalibus felicia suscipiant incrementa Dudum siquidem ordinis sancti Benedicti, & Abbatialis dignitatis in ecclesia sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharésis Diocæsis olim monasterio eiusdem ordinis suppressionem, extinctionē, & ipsius monasterij in sæculare beneficiū institutionem, ac erectionem, nec non vnionem, annexionē, & incorporationē de parochiali ecclesia sancti Saluatoris de Varzea præfate Diocæsis eidem ecclesiæ sancti Saluatoris de Villar, ac de illa venerabili fratri nostro Ioanni Episcopo Visseniensis, r̄c Rectori parochialis ecclesiæ sancti Iacobi de Tremes, Vlixbonensis Diocæsis, collationem, & provisionem per venerabilē fratrem nostrū Fernandū Archiepiscopū Bracharēsem ordinaria factas. Processum quoq; cōfirmationis præmissorū quarūdā literarū felicitis recordationis Martini Papæ. V. etiā prædecessoris nostri per quas idē prædecessor huiusmodi præmissa sub certis modo, & forma cōfirmari mādauit, autoritatibus habitū, ac omnia, & singula in eis cōtenta, & inde secuta, autoritate Apostolica ex certa sciētia approbauimus, & cōfirmauimus, ac nostri scripti p̄trocinio cōmuniuimus supplēdo omnes defectus siqui forsan etiā super expressione fructuum ipsarū ecclesiarum interuenissent in eisdem, & nihilominus ipsi Ioāni, ac dilectis filijs Martino Laurentij, Roderico amado Ioāni Roderici, Præsbyteris, Alfonso Petri, & Martino Ioannis clericis, alijsq; etiam laicis in præfata ecclesia de Villar, ac pro tempore in huiusmodi cōuersatione degentibus, vt ipsi in dicta ecclesia, & quacumq; alia sub eorum obseruantia ad eos expectante, quæ sub eorum obseruantia ad ipsos tunc pertinerent, vel in futurum per eos, & ipsorum successores adipisci siue eorum societati, colligari, vel coniungi contingeret. Priores suos ad nutum, ac etiam constitutiones, statuta, & ordinationes iusta, & rationabilia, præsertim eorum tranquillum statum animarumque suarum salutem, ac diuini cultus incrementū, cōcernentia libere, & licite facere valerent concessimus: ac vt Ioannes, Præsbyteri, clerici, & alij prædicti omnesq; eorū successores, omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs, dilectis filijs Rectori monasterij, & Canonicis sæcularibus, congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega de Venerijs Castellanenensis Diocæsis: ac Præposito, vel ordini Monachorum Heremitarum sancti Hieronymi a Sede Apostolica, vel alias rite in genere seu specie ipsorum ecclesijs, & locis quouis modo concessis, quorum tenores alijs nostris literis habuimus pro expressis perinde vti, & gaudere liberè, & licitè valerent, ac si illa omnia, & singula Ioanni Præsbyteris, clericis, & alijs, ac successoribus prædictis nec non toti societati siue specialiter cōcessa fuissent indulsumus. Postmodū vero sicut exhibita nobis nuper pro parte Ioannis Episcopi Præsbyterorum, clericorum, & aliorum prædictorum petitio continebat, dictus Fernādus Archiepiscopus tā circa eorū modū viuēdi

quam

quam alias non nulla, ordinationes, statuta fecit, ipsiq; Præsbyteri, clerici, & alij ordi-  
 nationes, & statuta præfata admittentes illa adimplere promiserunt, sub certis modo,  
 & forma prout in singulis literis prædictis, ac instrumentis publicis superinde cõfectis  
 plenius continetur, cum aut sicut eadem petitio subiungebat Præsbyteri, clerici, & alij  
 prædicti pro eoque in præfatis nostris literis dicti monasterij, seu beneficium de Villar  
 nec non Ecclesiæ unitæ huiusmodi fructum, reddituum, & prouentuum, verus valor  
 secundum cõmunem æstimationem expressus nõ fuit, ac etiã per ipsas literas nõ apparet  
 quod monasteriũ seu beneficium huiusmodi Præsbyteris, clericis, & alijs præfatis, per  
 eos, ac ipsorum successores, qui de sua congregatione pro tẽpore essent, perpetuo tenẽ  
 dum, regendum, & gubernandum concessum donatũ, & appropriatũ fuerit, sed dum  
 taxat quod de illo præfato Ioãni Episcopo collatio, seu prouisio facta extiterit, se su-  
 per monasterio, seu beneficio huiusmodi per aliquos in posterũ molæstari dubitent,  
 Præfatus quodq; Fernãdus Archiepiscopus inter alia quã plura molæstias, & grauami-  
 na per eũ a pluribus annis citra Præsbyteris, clericis, & alijs prædictis illata ab eisde  
 Præsbyteris, clericis, & alijs licet ex cõcessionibus ante dictis desuper exẽpti foret ratio-  
 ne cuiusdã decimæ per ipsum Fernãdũ Archiepiscopũ tũc de nouo impositæ collectas  
 seu taleas vel decimã huiusmodi exigere & ne ipsi ad eorũ generale capitulũ vadãt ac  
 iuxta instituta Canonicoꝝ S. Georgij in Allega prædictoꝝ viuãt eis inhibere nec non  
 post appellationem per ipsos Præsbyteros clericos, & alios a præmissis, & diuersis alijs  
 per dictũ Fernãdũ Archiepiscopũ, & dilectũ filiũ Ioannẽ de Abreu Archidiaconũ de  
 Couto in Ecclesia Bracharẽsis illatis grauaminibus ad Sedẽ præfatã interpositã tã in  
 Præsbyteros, clericos, & alios prædictos quã eorũ subditos, & parochianos excõmu-  
 nicationis aliasq; diuersas sctẽcias, & cẽsuras ecclesiasticas promulgare illosq; excõmu-  
 nicatos publicẽ nũtiare seu nũtiari facere præsupserit. Nos, qui de præmissis sumus  
 plenissimẽ informati directioni statui & cõseruationi Præsbyteroꝝ clericorũ, & alio-  
 rũ prædictoꝝ ipsorũq; cõgregationis vel societatis qui sicut accepimus in diuersis eccle-  
 sijs monasterijs, siue locis illarũ partiũ mũdanis abjectis illæcebris in cõmuni sub vitæ  
 castimonia die, noctuq; diuina in illis officia celebrãdo laudabiliter degẽtes, varijs hac  
 tenus multiplicarũt prout in dies multiplicãt virtutũ meritis providere volẽtes ac spe-  
 rãtes quod ex eorũ vita laudabili, & fructuosis operibus iam cõcessa sibi, & in posterũ  
 forsã concedenda, Ecclesias, monasteria, domus, atque loca in spiritualibus, & tem-  
 poralibus prosperos, atque felices successus dante domino consequentur, vt ipsi, &  
 aliæ personæ dictæ congregationis, quos in antea perpetuis futuris temporibus Ca-  
 nonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar defrades decernimus nuncupan-  
 dos, cõseruentius, & deuotius, diuinis beneplacitis se coaptent, & in illis persistant  
 quod se per nos, & Sedem prædictã spicialibus gratijs munitos fore conspexerint,  
 Charissimæ in Christo filię nostrę Helisabeth Regina Portugaliæ illustris nobis desu-  
 per humiliter supplicantis, ac Præsbyteroꝝ, clericorũ, & aliorũ prædictoꝝ  
 in hac parte supplicationibus inclinati autoritate Apostolica ex certa sententia tenc-  
 re præsentũ præfatã causam appellationis, vna cũ negotio principali huiusmodi

dilecto filio Baptistæ de Roma electo Camerinesi etiam tunc locum vnus, ex auditoribus earum palatij Apostolici de mandato nostro tenenti, qui in ea citatione vna cum inhibitione ad partes in forma solita dicitur decreuisse, per nos commissam ac quascumq; alias causas inter Fernandum Archiepiscopum, & Ioannem Archidiaconum, nec non Presbyteros, clericos, & alios predictos super premissis, & illorum occasione in Romana Curia seu extra eam indecisas pendentes, quarum status nec non literarum, & processuum, statutorum, ordinationum, sententiarum, & instrumentorum, ac omnium, & singulorum, aliorum, premissorum status, & tenores presentibus haberi volumus pro expressis, ad nos harum serie aduocamus, & ipsas causas earumq; lites penitus extinguimus: ac Presbyteros, clericos, subditos, & parochianos nec non ipsorum quolibet ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq; sententijs, censuris, & penis predictis absoluiamus, & absolutos fore censemus. Interdictum quoq; seu interdicta cui vel quibus ipsorum ecclesiarum, monasteria, atq; loca quacumq; forsitan supposita existant, penitus relaxamus: nec non volumus, ac decernimus quod suppressio, extinctio, institutio reductio, vnio, incorporatio, & annexio premissarum, ac omnia alia & singula in predictis literis contenta, & quacumq; inde secuta, valeant plenamq; roboris firmitatem obtineant. Quodq; monasterium seu beneficium de Villar huiusmodi cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs supra dictis, Canonicos de congregatione sancti Saluatoris de Villar huiusmodi, presentes & futuros perpetuo spectet & pertineat, ac per illos iuxta mores, statuta, consuetudines, & priuilegia, congregationes Canonicoꝝ S. Georgij predictorum, teneatur, regatur, & gubernetur, ac teneri, regi, & gubernari debeat in omnibus, & per omnia perinde, ac si in dictis literis fructuum, reddituum, & prouentuum monasterij, seu beneficij de Villar, & ecclesiarum unitarum predictorum, verus valor secundum communem estimationem expressus fuisset, ac per illos monasterium, seu beneficium huiusmodi cum annexis, ac iuribus, & pertinentijs ante dictis Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar presentibus, & futuris prefatis, per eos iuxta ritus statuta, & consuetudines ante dicta perpetuo tenendum, regendum, & gubernandum, donatum, concessum, & assignatum extitisset. Præterea attendentes quod Canonici de congregatione sancti Saluatoris de Villar huiusmodi ex eorum vita laudabili, & operibus fructuosos plurimum in partibus illis: animarum fructum afferre poterunt: omnia, & singula statuta, & ordinationes per Fernandum Archiepiscopum facta predicta quorum omnium tenores, ut prefertur presentibus haberi volumus pro expressis in quarum moribus, institutis consuetudinibus, & priuilegijs congregationis Canonicoꝝ sancti Georgij in Allega ante dictis obuiant, seu in aliquo ipsorum effectum retardare, vel impedire possent, reuocantes, cassantes, & annullantes, nulliusque roboris, vel momenti fore decernentes: ac iuramenta per ipsos Presbyteros, clericos, & alios de obseruandis statutis, & ordinationibus per Fernandum Archiepiscopum factis predictis penitus relaxantes, nec non illos a periurij reatu si illum propterea incurrissent absoluentes, & absolutos fore censentes, ac cum ipsis, & eorum quolibet super irregularitate siquam sententijs, & censuris huiusmodi, vel earum aliqua ligati, missas, &

alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando aut alias se illis immiscendo contraxerint dispensantes. Omnemque ab eis, & ipsorum quolibet inhabilitatis, & infamiae maculam siue notam praemissorum occasione contractam abolentes: eisdem scientia, & autoritate statuimus & ordinamus, nec non praesentibus & futuris Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar praedictis concedimus, quod moribus, institutis, consuetudinibus, ac priuilegijs, congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega praedictorum se conformare, & iuxta illa viuere: nec non circa eorum modum viuendi, quaecumque, dum tamen honesta & sacris Canonibus non obuiantia, statuta & consuetudines quotiens eis videbitur, edere, corrigere, & mutare illisque addere ipsorumque; Canonorum congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega habitum gestare nec non ipsi & Monasterium de Villar praedictum, ac omnia alia & singula ecclesiae, monasteria atque loca quae ipsi Canonici congregationis sancti Saluatoris nunc Canonicè possident, & in posterum dante domino Canonicè assequentur, ac possidebunt, omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis & gratijs, praefatis Canonicis congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega per nos, vel Sedem praedictam sub quibusuis verborum formis, concessis & in posterum concedendis quaecumque; quocumque; & qualiacumque; sint, uti & gaudere possint & valeant, in omnibus, & per omnia ac si illa praesentibus de verbo ad verbum inserta ipsisque Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar concessa forent, & insuper licet dicti Canonici congregationis sancti Saluatoris de Villar iuxta priuilegia Canonicis congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega, quibus ut praefertur eos posse uti concessimus, ab Archiepiscopi, & Archidiaconi praedictorum, nec non quoruncumque; aliorum, ordinariorum, iurisdictione, dominio & potestate exempti sint, & ut tales censi debeant. Quia tamen quod specialiter quam quod generaliter statuitur attentius obseruari consuevit autoritate & scientia praedictis eosdem Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar praesentes & futuros, illorumque; ecclesias monasteria atque loca, quae possident & in posterum possidebunt cum omnibus iuribus ac pertinentijs & rebus, atque bonis mobilibus & immobilibus ad illos in praesentiarum, vel etiam in futurum quomolibet pertinentibus, ab omnibus iurisdictione dominio, & potestate dicti Fernandi Archiepiscopi quadiu ipsi ecclesiae Bracharensis praefuerit, nec non Archidiaconi praefati eorumque officialium poenitus, & omnino eximimus ac totaliter liberamus: nec non sub beati Petri, & Sedis eiusdem protectione suscipimus atque nostra: decernentes ipsos dictae Sedi immediatè subiacere. Itaque Fernandus Archiepiscopus Archidiaconus, & officiales praedicti etiam ratione delicti, contractus, aut rei de qua agitur vbi cumque committatur delictum iniatur contractus, vel res ipsa consistat, nullam in Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar illorumque ecclesias, monasteria, loca, res & bona praefata, ut pote prorsus exemptos, & exempta possint autoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias promulgare, siue potestatem, correctionem, visitationem, aut iurisdictionem, aliquam seu quoduis dominium

exercere. Sed dumtaxat Canonici cōgregationis sancti Saluatoris de Villar huiusmodi, in singulis causis & negotijs eos pro tempore contingentibus coram dicta Sede vel eius delegatis de ipsis querelantibus quibuslibet, teneantur de iustitia respōdere, decernentes etiam ex nunc omnes & singulos processus, nec non excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliasque sententias cēsuras ecclesiasticas atque pānas quos & quas haberi ac promulgari nec non totum id, & quidquid fieri contigerit per Fernandum Archiepiscopum Archidiaconum, & officiales prædictos, & quoslibet alios, etiam autoritate quacumque contra huiusmodi exēptionis, liberationis, ac constitutionis tenorem atque formam nullius subsistere robore firmitatis. Cœterum quia longum esset omnia & singula priuilegia, exēptiones, immunitates, libertates, indulgentias, indulta, & gratias per nos, vel Sedem prædictam Canonicis cōgregationis Canonicorum sancti Georgij in Allega concessa, præsentibus de verbo ad verbum inserere, vt de illis omnibus & singulis notitia haberi ac fides fieri possit, volumus & tenore præsentium decernimus quod illis omnibus & singulis per notarium seu tabellionem publicum sub instrumento publico venerabilis fratris nostri Episcopi Castellaniensis sigillo munito fideliter exemplatis perinde stetur & plena fides adhibeatur, in iudicio & extra quemadmodum adhiberetur, & illis staretur, si eorum literæ Apostolicæ originales essent exhibitæ, vel ostensæ, & insuper vt quæcumque per quæ huiusmodi literarum effectus, seu executio retardari, vel impedire quomodolibet posset tollatur materia effectū, seu executionem huiusmodi cuiuscumq; exceptionis etiam surreptionis, vel nullitatis proponendæ, vel appellationis interponendæ pro tempore, aut alterius quæsiti coloris prætextu, seu occasione directe, vel indirecte, per Fernandum Archiepiscopum, & Ioannem Archidiaconum prædictos, aut quemuis alium retardari, seu quomodolibet impediri nullatenus posse dictis, autoritate, & scientia decernimus per præsentis: non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac pia memoria Innocentij Papæ quarti etiam prædecessoris nostri circa exēptos edicta quæ incipit, volentes & alijs Apostolicis nec non in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus cœterisque contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ aduocationis, extinctionis, reuocationis, cassationis, annullationis, relaxationis, absolutionis, dispensationis, abolitionis, statuti, ordinationis, concessionis, exemptionis, liberationis, suspensionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis aut hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo quinto, quarto idus Martij, Pontificatus nostri, anno sexto decimo. Cœterum vt earundem literarum tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat Apostolica autoritate decernimus, vt illud idem robur eamque vim & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ supradictæ, & eandem prorsus ipsi tenori fides adhibeatur quandocumq;, & vbicumq; in iudicio, & alibi fuerit

bi fuerit, exhibitus vel ostensus, ac ei stetur firmiter in omnibus sicut dictis originali-  
bus literis staretur si forent exhibitæ vel ostensæ. Per hoc autem nullum ius de nouo  
eisdem Reçtori & Canonicis acquiri volumus, sed antiquum si quod sit tantummo-  
do conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutio-  
nis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc aten-  
tare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apo-  
stolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno  
Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo octauo duodecimo. Kalen-  
das Maij, Pontificatus nostri anno secundo.

**BULLA EUGENII QVARTI PER QVAM**  
confirmat donationem Monasterij de Villar, & annexionem sancti Salua-  
toris de Varzea, & poenitus gratias omnes sancti Georgij in  
Allega, & diui Hieronymi largitur.



**EUGENIUS** Episcopus seruus seruorum Dei. Ad  
perpetuam rei memoriam. In iunctum nobis desuper  
Apostolicæ seruitutis officium nos excitat & inducit,  
vt ea quæ pro diuini cultus augmento, & personarum  
sæcularibus curis abiectis domino famulantium statu  
prospero, & tranquilo prouide processisse cõperimus,  
vt illibata persistant libenter cum a nobis petitur Apo-  
stolico munimine roboremus, ipsisque personis, vt  
quietius valeant altissimo reddere vota sua, fauoribus  
specialis gratiæ prosequamur. Dudum siquidem feli-  
cis recordationis Martino Papa V. prædecessori nostro pro partedilectorum filiorum  
Ioannis Vincentij in artibus, & medicina Magistri Reçtoris parrochialis ecclesiæ San-  
cti Iacobi de Tremis Vlixbonensis Diocæsis, nec non Martini Laurentij, Roderici  
Amado, Ioannis Roderici præbyterorum, Alfonsi Petri, Martini Ioannis clericorum,  
& aliorum etiam laicorum, in ecclesia sancti Saluatoris de Villar de frades Bracharen-  
sis Diocæsis, in communi uiuentium exposito. Quod cum olim ipsi, & nonnulli cle-  
rici, & laici zelo deuotionis, accensi cuperent humanis sollicitudinibus, & sæcularibus,  
illæcebris abdicatis in aliquo loco honesto ad in congruo collegialiter & in communi  
uiuere, ac religiosè inuicem conuersari, studioque piæ vitæ continuum, & deuotum al-  
tissimo reddere famulatum: Venerabilis frater noster Fernandus Archiepiscopus Bra-  
charensis ex præmissis, & certis alijs causis tunc expressis monasterium sancti Salua-  
toris de Villar de frades ordinis sancti Benedicti dictæ Diocæsis tunc Abbate & mo-  
naxis carens per eum primo in eodè ordine prædicto, ac Abbatiali dignitate suppres-  
sis pariter & extinctis in sæculare beneficium sine cura autoritate ordinaria institue-  
rat, & reduxerat nec non parrochiam ecclesiam sancti Saluatoris de Varzea eiusdè

B V L L A

Diocæsis quæ dudum monasterium dicti ordinis fuerat cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem beneficio instituto, & reducto eadem autoritate vniens, incorporans, & annectens beneficium ipsum cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis præfato Ioanni Vincentio autoritate prædicta contulerat, & de illo etiam prouiderat: ipseque Ioânes collationis, & prouisionis huiusmodi vigorem possessionem ipsius Ecclesiæ fuerat pacificè assequutus: idem tum prædecessor venerabili fratri nostro Episcopo Visentio eius proprio nomine non expresso, ac dilecto filio Ludolpho ordinis sancti Hieronymi generali Præposito per suas dedit literas in mandatis, ut ipse, aut alter eorû de præmissis autoritate Apostolica se diligenter informaret, & si per informationem eandem ita esse reperirent, unionem, annexionem, incorporationem, collationem, & prouisionem præfactas, & alia inde secuta autoritate Apostolica prædicta approbarent, ratificarent, & etiam confirmarent prout in dictis literis plenius continetur. Postmodum verò sicut exhibita nobis nuper pro parte Ioannis Vincentij ac Præsbyterorû, clericorum, & laicorum prædictorû petitio continebat, dictus Lupus Præpositus, vigore dictarum literarum ad executionem earum procedens quia exposita huiusmodi reperi veritate fulsiri, unionem, annexionem, incorporationem, & alia inde secuta præfata autoritate Apostolica approbavit, ratificauit, & etiam confirmauit prout in ipsius Lupi Præpositi certo sigillo munitis literis de super cõfectis quarû tenorẽ præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis: plenius cõtinetur. Quare pro parte Ioânis Vincentij, ac Præsbyterorum, clericorum, & laicorû huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum ut suppressionem, extinctionem, institutionem, erectionem, atque, unionem, annexionem, incorporationem, collationem, & prouisionem, ac omnia idem secuta pro eorum subsistencia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, & alias eis, & eorum statui opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati suppressionem, extinctionem, institutionem, erectionem, unionem, annexionem, incorporationem, collationem, prouisionem prædictas, ac literas ipsius Lupi Præpositi huiusmodi, omniaque, & singula in eis contenta, & inde secuta, eadem autoritate Apostolica ex certa sententia approbauimus, & confirmauimus, & præsentis scripti patrocinio communimus: supplentes omnes defectus, si qui etiam super expressione fructuû & reddituum ipsarum Ecclesiarum forsan interuenerant in eisdem, & nihilominus ipsi: Ioanni Vincentio Præsbyteris, & clericis, ac alijs pro tempore in huiusmodi conuersione degentibus ut ipsi in dicta Ecclesia, & quacumque alia sub eorum obseruantia ad eos spectante, quæ sub eorum obseruantia ad eos in præsentiarum pertinet vel in futurum poterit adipisci per eos & eorû successores poterit adipisci, seu eorum societati colligari, seu coniungi possint, & debeant facere Priores suos ad nutum ac etiam, constitutiones, statuta, & ordinationes iustas, & rationabilia præsertim eorû tranquillum statum, animarumque suarum salutem, & diuini cultus incrementum concernentia liberè, & licitè facere, & ordinare valeant eadem autoritate nostra licentiam concedimus; & etiam largimur. Nos enim, ut ipse Ioannes Vincentij, ac præbyteri,

clerici

clerici, & alij prædicti, ac omnes successores eorum in eadem conuersatione, seu alio loco conuersationis eorundem, seu de eorū societate deuotè perseuerantes omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs dilectis filijs Reçtori monasterij, & Canonicis sæcularibus Sãcti Geor-  
gij de Venetijs, ac Præposito, vel ordini monachorum, & hæremitarum Sãcti Hiero-  
nymi a Sede Apostolica, seu alias ritè in genere, vel in specie ipsarumq; Ecclesijs, & lo-  
cis quouismodo concessis quorum tenores habemus præsentibus pro expressis etiã  
si talia sint de quibus expressa mëtio, ac de verbo ad verbum sit præsentibus facienda  
perinde vti, & gaudere liberè, & licitè valeant, ac si Ioanni Vincentio Præsbyteris, cleri-  
cis, & alijs prædictis ac eorum successoribus, & toti societati suæ specialiter concessa  
fuissem tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordi-  
nationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus monasterij, & ordinum prædi-  
ctorum etiam iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia ro-  
boratis. Nec non regulis cancellariæ de expressione priuilegeorum ad instar, & de sigil-  
lis Cardinalium, cõterisq; contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum li-  
ceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communionis, concessio-  
nis, & largitionis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Siquis aut hoc attentare  
præsumpserit, indignationè omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolo-  
rum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sãctum Petrum Anno Incar-  
nationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo tricesimo primo. Decimo quin-  
to, Kalendas Iunij, Pontificatus nostri, anno primo.

**B V L L A P I I P A P Æ R E F O R M A T I O N I S , E T**  
in caput totius istius congregationis monasterij Sãcti Ioannis Euangilistæ de Enxo-  
bregas perpetuæ erectionis in qua itidem ipsi ordini concedit omnia quæ  
uis Sãcti Hieronymi concessa priuilegia, &  
in posterum concedenda.




I V S Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam  
rei memoriam inter cõterera desiderabilia cordis nostri  
illud præcipue intensis desiderijs affectamus, vt vbique  
magestas Altissimi collaudetur in benedictionibus gra-  
tiarum sui que gloriosi nominis cultus vbiliber amplie-  
tur, & ad horum promotionem eo libentius poscentiũ  
votis annuimus, quo viri Ecclesiastici sub sacræ religio-  
nis norma viuentes spontaneã illius obseruantiam am-  
plectantur. Sanè pro parte charissimi in Christo, filij  
nostri Alfonsi Portugalix Regis illustris nobis nuper  
exhibita petitio continebat. Quod olim claræ memoriæ Isabel Portugalix Regina  
de propria salute recogitãs inter cõterera, quæ de bonis suis in eius vltima voluntate  
testando

stando disposuit ob singularem deuotionem, quam ad Gloriosum Apostolum, & Euangelistam Ioannem gerebat disposuit, voluit, & ordinauit quod in Hæremitorio sancti Benedicti de Enxobregas Vlixbonensis Diocæsis monasterio Beatæ Mariæ de Alcobaça ordinis Cisteriensis dictæ Diocæsis subiecto quoddam monasterium sub inuocatione eiusdem sancti Ioannis Euangelistæ fundauit, & de eisdem bonis suis tot dilectis filijs Abbati, & conuentui eiusdem monasterij de Alcobaça assignare deberent quot huic suo pio desiderio condescenderet, & in ipsius erectione monasterij consentirent quodque dictum erigendum monasterium per Canonicos sæculares congregationis sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharensis Diocæsis ad instar Rectoris, & Canonorum sancti Georgij in Allega Venetiæ in communi uiuentium perpetuo regeretur, & gubernaretur. Postmodum vero dicta Regina sublata de medio Abbas, & Conuentus prædicti recepta loco ipsius Hæremitorij debita recõpensa ipsum Hæremitorium ab eodẽ monasterio de Alcobaça separantes, & dimembrates illud cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis Canonocis congregationis huiusmodi pro eorum usu, & habitatione perpetuis donarunt, & etiam assignarunt ipsique Canonici Hæremitorium prædictum donationis, & assignationis earundem vigore receperunt ac illud extunc inhabitauerunt prout inhabitat de præsentibus. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut piæ, & laudabili ipsius Reginæ ordinationi huiusmodi utque illa ad effectum perducatur, & in ipso erigendo monasterio regularis Canonicoꝝ eorundem obseruantia vigere, atque alij ob frugem melioris vitæ eorundem Canonicoꝝ exemplo ad benè beatèque viuendum induci valeant voluntati, & ordinationi: nec non separationi, dimembrationi, donationi, & assignationi prædictis prout illa contingunt omnibus, & singulis tam super vltima voluntate quam alijs præmissis cõfectis instrumentis publicis, & inde secutis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, & quod dictum Hæremitorium de cætero, monasterium sancti Ioannis Euangelistæ nuncupetur, & sit ac caput, & principale totius congregationis eiusdem in partibus illis existat, nec ipsum amplius sancti Benedicti nominetur nec dicta congregatio sancti Saluatoris de Villar defrades prout hactenus nuncupari consuevit: sed sancti Ioannis Euangelistæ de Enxobregas perpetuis futuris temporibus appelletur, quodque Canonici tam in ipso erigendo, quam in præfato de Villar defrades, & alijs quibusuis monasterijs, domibus, Hæremitorijs, & locis congregationis eiusdem in partibus illis pro tempore existentes præsentibus, & futuri congregationis sancti Ioannis Euangelistæ similiter ad instar Canonicoꝝ sancti Georgij in Allega prædictorum nuncupentur, & denominentur perpetuo statuere, & ordinare, ac alias super his oportune prouidere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur cupientes supremas decedentium voluntates personarum præsertim illustrium pias causas cõcernentes executioni debitæ demandari. Præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati, ordinationem, & voluntatem præfate Reginæ ipsiusque Hæremitorij separationem, dimembrationem, ac illius donationem, & assignationem per Abbatem, & conuentum prædictos, ut præmittitur factas, & prout illas cõtingunt quæcumque;

in eisdem

in eisdem instrumentis contenta, & inde secuta, rata habentes, & grata illa autoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus supplètes omnes defectus, siqui forsan interuenerint in eisdem, & nihilominus autoritate præfata tenore præsentium statuimus, & ordinamus quod dictum Hæremitorium, cuius, ac aliorum monasteriorum, domorum, & locorum congregationis eiusdem fructuum, reddituum, prouentuum verum valorem annum præsentibus haberi volumus pro expresso nequaquam sancti Benedicti sed sancti Ioannis Euangelistæ nuncupetur, & sit, atque omnium aliorum monasteriorum, & locorum dictæ congregationis caput, & principale in partibus illis existat, ipsa vero congregatio de cætero sancti Ioannis Euangelistæ de Enxobregas, & non sancti Saluatoris de Villar defrades nuncupari debeat ac etiam appellari ipsique Canonici, tam in eodem sancti Ioannis Euangelistæ, quam in præfato de Villar defrades, & alijs quibusuis monasterijs, domibus, Hæremitorijs, & locis congregationis eiusdem in illis partibus pro tempore existentes, præsentibus, & futuri congregationis sancti Ioannis Euangelistæ de Enxobregas Vlixbonensis Diocæsis ad instar Canonorum sancti Georgij prædictorum debeant nominari. Præterea eidem monasterio sancti Ioannis Euangelistæ, ac Canonicis, & personis in eo, & alijs domibus, Hæremitorijs, & locis congregationis eiusdem, qui pro tempore morabuntur, quod omnibus, & singulis libertatibus, immunitatibus, concessionibus, fauoribus, indultis, & gratijs eidem monasterio sancti Saluatoris, & in quibusuis alijs domibus eiusdem congregationis, siue eidem congregationi nec non Monachis monasterij sancti Hieronymi Monachorum, Hæremitarum nuncupati sub quibusuis verborum formis in genere, & in specie quomodocūq; & qualiter cūq; concessis, & in posterū forsitan concedendis, & quibus ipsum Hæremitorium ante separationem, dimembrationem, donationem, & assignationem prædictas utebatur, & gaudebat in omnibus, & per omnia uti valeant, & gaudere autoritate præfata concedimus, & pariter indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis nec non statutis, & consuetudinibus congregationis seu monasteriorum, domorum, & ordinum prædictorum etiam confirmatione Apostolica roboratis, cæterisque contrarijs quibuscūque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum ratihabitionis approbationis, confirmationis, communionis, supplicationis, statuti, ordinationis, voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Septimo idus Martij Pontificatus nostri, anno quarto.

B V L L A



B V L L A

**BVLLA NICOLAI PAPÆ SVPER GRATIO**   
 sam Eugenij per quam Abbates de Alcobaça, & de Sarzeda, & Priorem  
 sanctæ Mariæ Vimarensis Rectori, & Canonicis de Villar  
 conseruatores, & protectores constituit.



**NICOLAUS** Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Beatæ Mariæ de Alcobaça, & eiusdem Beatæ Mariæ de Sarzeda monasteriorū Abbatibus, ac Priori sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ Vimarensis, Vlixbonensis, Lamacensis, & Brachriensis Diocæsis Salutem, & Apostolicam benedictionem hodie nostræ emanarunt literæ tenoris subsequenti. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futurâ rei memoriam. Prouisionis nostræ debet prouenire subsidio, vt ius suum cuiilibet conseruetur. Hinc est quod nos tenorem quarundam literarum felicitis recordationis Eugenij Papæ IIII. Prædecessoris nostri in registro ipsius repertum pro eo quod sicut venerabilis fratris nostri Ioânis Episcopi Visentij, ac dilectorū filiorum Rectoris, & Canonicorum, sæculariū congregationis sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharensis Diocæsis nobis nuper exhibita petitio cõtinebat. Ipsi eodẽ tenore se indigere asserunt de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorū supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est.



**EUGENIUS** Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Regimini vniuersalis Ecclesiæ quanquam immeriti disponente Domino Præsidentes curis perurgemur assiduis, vt iuxta creditæ nobis desuper dispensationis officium circa subdiectorum quorumlibet præsertim Ecclesiasticarum personarum quæ mundanis abiectis illecebris studio piæ, & religiosæ vitæ in communi ac charitatis vnione altissimo famulâtur in quarum vti que prosperitate reficimur, statum salubriter, & prosperè derigendum sollicitudinis studio intendamus, & in his, quæ ad laudẽ, & gloriam diuini nominis, sacriq; cultus augmentum, ac vnionis huiusmodi propagationem profutura cognoscimus, operam, & operam quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces, vt per nostræ operationis ministerium, & Apostolici fauoris præsidium personæ ipsæ, illarumq; Ecclesiæ, & loca singulis ab eis sublatis dispendijs prosperis gratulentur euentibus, ac spiritualibus, & tẽporalibus felicia suscipiant incrementa. Dudum siquidem ordinis sancti Benedicti, ac Abbatialis dignitatis in Ecclesia sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharensis Diocæsis olim monasterio eiusdem ordinis suppressionem, extinctionẽ & ipsius monasterij sæculare beneficium, institutionem, ac erectionem nec non vnionem, annexionem, & incorporationẽ de parrochiali Ecclesia sancti Saluatoris de Varzea præfatæ Diocæsis eidem Ecclesiæ sancti Saluatoris de Villar, ac de illa venerabili fratri nostro Ioanni Episcopo Visentio tũc Rectori Parrochialis Ecclesiæ sancti iacobi de Tremis Vlixbonensis Diocæsis collationem, & prouisionem per venerabilem fratrem

fratrem nostrum Fernandum Archiepiscopum Bracharensis ordinaria factas, processum quoque confirmationis præmissorum quarundam literarum felicitis recordationis Martini Papæ V. etiam prædecessoris nostri per quas idem prædecessor huiusmodi præmissa sub certis modo & forma confirmari mandauit autoritatibus habitis, ac omnia & singula in eis contenta, & inde secuta, autoritate Apostolica ex certa scientia approbauimus, & confirmauimus, ac nostri scripti patrocinio cõmuniuimus suppleto omnes defectus si qui forsan etiam super expressione fructuum ipsarum ecclesiarum interuenissent in eisdem, & nihilominus ipsi Ioanni, ac dilectis filijs Martino Laurentij. Roderico Amado, Ioãni Roderici, Præsbyteris, Alfonso Petri, & Martino Ioannis clericis, alijsque etiam laicis in præfata ecclesia de Villar, ac pro tempore in huiusmodi conuersatione, de gentibus, vt ipsi in dicta ecclesia, & quicumq; alia sub eorum obseruantia ad eos expectante, quæ sub eorum obseruantia ad ipsos tunc pertinerent, vel in futurum per eos, & ipsorum successores adipisci siue eorum societati colligari, vel conjungi contingeret, Priores suos, ad nutum, ac etiam constitutiones, statuta, & ordinationes iusta, & rationabilia præsertim eorum tranquilum statum animarumq; suarum salutem, & diuini cultus incrementum concernentia libere & licite facere valerent concessimus: ac vt Ioannes Præsbyteri, clerici, & alij prædicti omnesque eorum successores omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs dilectis filijs Rectori monasterij, & Canonicis sæcularibus cõgregationis Canonorum sancti Georgij in Allega de Venetijs, Castellanus Diocæsis: ac Præposito, vel ordini Monachorum Heremitarum sancti Hieronymi a Sede Apostolica, vel alias rite in genere seu specie ipsorum ecclesijs, & locis quouis modo concessis, quorum tenores alijs nostris literis habuimus pro expressis, per inde vti, & gaudere libere, & licite valerent, ac si illa omnia & singula Ioanni Præsbyteris, clericis, & alijs, ac successoribus prædictis nec non toti societati sue specialiter concessa fuissent indulgimus. Post modum vero sicut exhibita nobis nuper pro parte Ioannis Episcopi, Præsbyterorum, clericorum, & aliorum prædictorum, petitio continebat. Dicitus Fernandus Archiepiscopus tam circa eorum modum viuendi quam alias, non nulla ordinationis, & statuta fecit, ipsique Præsbyteri, clerici, & alij ordinationes, & statuta præfata admittentes illa ad implere promiserunt, sub certis modo, & forma prout in singulis literis prædictis, ac instrumētis publicis super inde confectis plenius continetur. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat Præsbyteri, clerici, & alij prædicti pro eo quod in præfatis nostris literis dicti monasterij seu beneficij de Villar nec non ecclesiæ vnite huiusmodi, fructuū, reddituum, & prouentuum, verus valor secundum communem estimationem expressus non fuit: ac etiam per ipsas literas non apparet quod monasterium seu beneficiū huiusmodi Præsbyteris, clericis, & alijs præfatis, per eos ac ipsorum successores qui de sua congregatione pro tempore essent, perpetuo tenendum, regendum, & gubernandum concessum, donatum, & appropriatum fuerit, sed dumtaxat quod de illo præfato Ioãni Episcopo collatio seu prouisio facta extiterit, se super monasterio seu beneficio huiusmodi

iufmodi per aliquos in posterum moleftari dubitent . Præfatus quoque Fernandus Archiepifcopus inter alia quam plurima moleftias, & grauamina per eum a pluribus annis citra, Præsbyteris, clericis, & alijs prædictis illata, ab eisdem Præsbyteris, clericis, & alijs licet ex concessionibus ante dictis defuper exēpti forent, rationē cuiusdam de citæ per ipsum Fernandum Archiepifcopū tunc de nouo impositæ collectas seu al leas, vel decimam huiusmodi exigere: & ne ipsi ad eorum generale Capitulum vadāt, ac iuxta mores, & instituta Canonorum sancti Georgij in Allega prædictorum uiuant, eis inhiberi. Nec non post appellationē per ipsos Præsbyteros, clericos, & alios a præmissis, & diuersis alijs per dictum Fernandum Archiepifcopum, & dilectum filium Ioannem de Abreu, Archidiaconū de Couto, in ecclesia Bracharenfis illatis grauaminibus ad Sedem præfatam interpositam, tā in Præsbyteros, clericos, & alios prædictos, quam eorum subditos, & parrochianos, excōmunicationes aliasque diuersas sententias, & censuras ecclesiasticas promulgare illosque excommunicatos publice nūtiare seu nuntiari facere præsumperint. Nos qui de præmissis sumus plenissime informati directioni, statui, & conseruationi Præsbyterorum clericorum, & aliorū prædictorum ipsorumq; congregationis, vel societatis, qui sicut accepimus in diuersis ecclesijs, monasterijs siue locis illarum partium mundanis abiectis illecebris in cōmuni sub vitæ castimonia die noctuque diuina in illis officia celebrando laudabiliter de gentes varijs hætenus multiplicarunt prout in dies multiplicant, virtutū meritis prouidere volentes: ac sperantes quod ex eorum vita laudabili, & fructuosis operibus, iam sibi concessa, & in posterum forsan concedenda, ecclesias, monasteria, domos atq; loca in spiritualibus, & temporalibus prosperos atque felices successus dante domino consequentur: vt ipsi, & aliæ personæ dictæ congregationis quos in antea perpetuis futuris temporibus Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar defrades discernimus nuncupandos eo feruentius, & deuotius diuinis beneplacitis se coaptent, & in illis persistant, quo se per nos, & Sedem prædictam specialibus gratijs munitos fore cōspexerint. Clarissimæ in Christo filiæ nostræ Helisabeth Reginæ Portugalliæ illustris nobis defuper humiliter supplicantis, ac Præsbyterorum, clericorum, & aliorum prædictorū in hac parte supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica ex certa sciētia tenore præsentium præfatam causam appellationis vna cum negotio principali huiusmodi dilecto filio Baptistæ de Roma electo Camerinesi, etiam tunc locū vnus ex auditotibus earum Palacij Apostolici de mandato nostro tenenti qui in ea citationem vna cum inhibitione ad partes in forma solita dicitur decreuisse per nos commissam, ac quascumq; alias causas inter Fernandum Archiepifcopum, & Ioannem Archidiaconum nec non Præsbyteros, clericos, & alios prædictos super præmissis, & illorū occasione in Romana Curia seu extra eam indecisas pendentes: quarum status nec nō literarum, & processuum, statutorum, ordinationum, sentētiarum, & instrumentorū, ac omnium, & singulorum, aliorum, præmissorum, status, & tenores præsentibus haberi volumus pro expressis: ad nos harum serie aduocamus, & ipsas causas earumq; lites pœnitus extinguimus, ac Præsbyteros, clericos, subditos, & parrochianos nec nō

ipsorum

ipſorum quemlibet ab excommunicationis , ſuſpenſionis , & interdicti alijsque ſententijs , cenſuris , & pœnis prædictis abſoluimus , & abſolutos fore cenſemus. Interdictum quoque , ſeu interdicta cui , vel quibus ipſorum eccleſiæ , monaſteria , atque loca quæcumque forſan ſuppoſita exiſtant pœnitus relaxamus: nec non volumus ac decernimus quod ſuppreſſio , extinctio , inſtitutio , reductio , vnio , incorporatio , & annexio præmiſſæ , ac omnia alia , & ſingula in prædictis literis contenta , & quæcumque inde ſecuta valeant plenamque roboris firmitatem obtineant: Quodque monaſterium , ſeu beneficium de Villar , huiusmodi cum annexis , ac omnibus iuribus , & pertinentijs ſupradictis , Canonicos de congregatione ſancti Saluatoris de Villar , huiusmodi præſentes , ac futuros , perpetuo ſpectet , & pertinear , ac per illos iuxta mores ſtatuta conſuetudines , & priuilegia congregationis Canonicoꝝ ſancti Georgij prædictoꝝ teneatur , regatur & gubernetur , ac teneri , regi , & gubernari debeat , in omnibus , & per omnia per inde , ac ſi in dictis literis fructuum , reddituum , & prouentuum , monaſterij , ſeu beneficij de Villar , & eccleſiæ vnitæ prædictoꝝ verus valor ſecudum communem æſtimationem expreſſus fuiſſet , ac per illas monaſterium , ſeu beneficium huiusmodi cum annexis ac iuribus , & pertinentijs antedictis Canonicis congregationis ſancti Saluatoris de Villar , præſentibus & futuris præſatis , per eos iuxta ritus , ſtatuta , & conſuetudines antedicta perpetuo tenendum , regendum , & gubernandum , donatum conſeſſum , & aſſignatum extiſſet. Præterea attendentes , quod Canonici de congregatione ſancti Saluatoris de Villar huiusmodi , ex eorum vita laudabili , & operibus fructuoſis plurimum in partibus illis animarum fructum afferre poterunt : omnia , & ſingula , ſtatuta , & ordinationes , per Fernandum Archiepiſcopum , facta prædicta , quorum omnium tenores , vt præfertur præſentibus haberi volumus pro expreſſis in quantum moribus inſtitutis , conſuetudinibus , & priuilegijs congregationis Canonicoꝝ ſancti Georgij in Allega antedictis obuiant , ſeu in aliquo ipſorum effectum retardare , vel impedire poſſent : reuocantes , caſſantes , & annullantes nulliusque roboris , vel momenti fore decernentes : ac iuramenta per ipſos Præſbyteros clericos de obſeruandis ſtatutis , & ordinationibus per Fernandum Archiepiſcopum factis prædictis pœnitus relaxantes : nec non illos à periurij reatu ſi illum propterea incurriſſent abſoluentes , & abſolutos fore cenſentes: ac cum ipſis , & eorum quolibet ſuper irregularitate ſi quam ſententijs , & cenſuris huiusmodi , vel earum aliqua ligati , miſſas , & alia diuina officia , non tamen in contemptum clauium celebrando , aut alias ſe illis inmiſcendo contraxerunt , diſpenſantes omnemque ab eis , & ipſorum quolibet inhabilitatis , & infamiæ maculam , ſine notam præmiſſorum occaſione contractam abolentes : eiſdem ſcientia , & autoritate ſtatuiſſus , & ordinamus , nec non præſentibus , & futuris Canonicis congregationis ſancti Saluatoris de Villar prædictis concedimus , quod moribus , inſtitutis , conſuetudinibus , ac priuilegijs congregationis Canonicoꝝ ſancti Georgij in Allega prædictoꝝ ſe conformare , & iuxta illa viuere : nec non cura eorum modum viuendi quæcumque , dum ta-

B V L L A

men honesta, & sacris Canonibus non obuiantia, statura, & consuetudines quoties eis videbitur edere, corrigere, & mutare illisque addere: ipsorumque Canonorum congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega habitum gestare: nec non ipsi, & monasterium de Villar prædictum, ac omnia alia, & singula ecclesiarum, monasteria, ac loca quæ ipsi Canonici congregationis sancti Saluatoris, nunc Canonice possident, & in posterum dante domino Canonice assequentur, ac possidebunt, omnibus, & singulis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis, & gratijs præfatis Canonice, congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega, per nos, vel Sedem prædictam, sub quibusuis verborum formis concessis, & in posterum concedendis, quæcumque quotcumque, & qualiacumque sint, vti & gaudere possint, & valeant, in omnibus, & per omnia ac si illa præsentibus de verbo ad verbum inserta, ipsi que Canonice congregationis sancti Saluatoris de Villar concessa forent, & insuper licet dicti Canonici congregationis sancti Saluatoris de Villar, iuxta priuilegia Canonice, congregationis Canonorum sancti Georgij in Allega, quibus vt præfertur eos posse vti concessimus: ab Archiepiscopi, & Archidiaconi prædictorum, nec non quorumcumque aliorum ordinariarum iurisdictione, dominio, & potestate exempti sint, & vt tales censi debeant. Quia tamen quod specialiter, quàm quod generaliter statuitur attentius obseruari consuevit, autoritate & scientia, prædictis eisdem Canonice congregationis sancti Saluatoris de Villar, præsentibus & futuris illorumque ecclesias, monasteria, atque loca quæ possident, & in posterum possidebunt cum omnibus iuribus, & pertinentijs, & rebus atque bonis mobilibus, & immobilibus ad illos in præsentiarum, vel etiam in futurum quomodolibet pertinentibus, ab omnibus iurisdictione, dominio, & potestate, dicti Fernandi Archiepiscopi, quandiu ipsi ecclesie Bracharensi præfuerit, nec non Archidiaconi præfati, eorumque officialium pænitus, & omnino eximimus, ac totaliter liberamus: nec non sub beati Petri, & Sedis eiusdem protectione suscipimus atque nostra, decernentes ipsos dictæ Sedi immediate subiacerent, itaque Fernandus Archiepiscopus, Archidiaconus, & officiales prædicti etiam ratione delicti contractus, aut rei de qua agitur, vbicumque committatur delictum iniatur contractus, vel res ipsa consistat, nullam in Canonicos congregationis sancti Saluatoris de Villar, illorumque ecclesias, monasteria, loca, res, & bona præfata, vt pote prorsus exemptos, & exempta possint autoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias promulgare, siue potestatem, correctionem, visitationem, aut iurisdictionem aliquam, seu quoduis dominium exercere, sed dumtaxat Canonice congregationis sancti Saluatoris de Villar, huiusmodi in singulis causis, & negotijs eos pro tempore contingentibus coram dicta Sede, vel eius delegatis de ipsis querelantibus quibuslibet teneantur de iustitia respondere: decernentes etiam ex nunc omnes, & singulos processus, nec non excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliaque sententias, censuras

censuras ecclesiasticas, atque pœnas, quos & quas haberi, & promulgari, nec non co-  
 tum id, & quidquid fieri contigerit per Fernandum Archiepiscopũ Archidiaconũ, &  
 officiales prædictos, & quoslibet alios etiam autoritate quacumq; contra huiusmodi  
 exemptionis, liberationis, & constitutionis tenorem, atque formam nullius subsistere  
 robore firmitatis. Cæterum quia longum esset omnia, & singula priuilegia exemptio-  
 nes, immunitates, libertates, indulgentias, indulta, & gratias per nos, vel per Sedem præ-  
 dictam Canonicis congregationis Canoniorum sancti Georgij in Allega, concessa  
 præsentibus de verbo ad verbũ inserere: vt de illis omnibus, & singulis noticia haberi  
 ac fides fieri possit, volumus, & tenore præsentium decernimus, quod illis omnibus,  
 & singulis per notarium, seu tabellionem publicum sub instrumento publico, vene-  
 rabilis fratris nostri Episcopi Castellanensis sigillo munito fideliter exemplatis, per  
 inde stetur, & plena fides adhibeatur in iudicio, & extra quemadmodum adhiberetur,  
 & illis staretur si eorum literæ Apostolicæ originales essent exhibite, vel ostense, & in  
 super vt quæcumq; per quæ huiusmodi literarum effectus, seu executio retardari, vel  
 impediri quomodolibet posset tollatur materia effectũ, seu executionem huiusmodi  
 cuiuscumq; exceptionis etiam surreptionis, vel nullitatis proponende, vel appellationis  
 interponende pro tempore, aut alterius quæsi coloris prætextu, seu occasione directe,  
 vel indirecte, per Fernandum Archiepiscopum, & Ioannem Archidiaconũ prædictis,  
 aut quenuis alium retardari, seu quomodolibet impediri nullatenus posse dictis au-  
 ritate, & scientia decernimus per præsentis. Non obstantibus omnibus, & singulis præ-  
 missis, ac piæ memoriæ Innocentij Papæ III. etiam prædecessoris nostri circa exemp-  
 tos edita, quæ incipit volentes: & alijs Apostolicis, nec non in Prouincialibus, & Syno-  
 dalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, cæterisq; contra-  
 rijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę aduoca-  
 tionis, extinctionis, reuocationis, cassationis, annulationis, relaxationis, absolutionis  
 dispensationis, abolitionis, statuti, ordinationis, concessions, exemptionis, liberatio-  
 nis, susceptionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrai-  
 re. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & bea-  
 torum Petri Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romę, apud  
 sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, quadringentesimo,  
 quadragesimo quinto, quarto Idus Martij, Pontificatus nostri anno sexto decimo.  
 Cæterum vt earundem literarum tenor prædictus, sic insertus omnimodam rei, seu  
 facti certitudinem faciat Apostolica autoritate decernimus, vt illud idem robur eam-  
 que vim, & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent origina-  
 les literæ supradictæ, & eadem prorsus ipsi tenori fides adhibeatur quandocumque,  
 & vbi cumque in iudicio, vel alibi vbi fuerit exhibitus, vel ostensus, ac ei stetur fir-  
 miter, in omnibus sicut dictis originalibus literis staretur si forent exhibitæ, vel  
 ostensæ. Per hoc autem nullum ius de nouo eisdem Rectori, & Canonicis acquiri  
 volumus, sed antiquum si quod sit tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino  
 hominum liceat hanc paginam nostrę constitutionis, & voluntatis infringere,

B V L L A

vel ei ausu temeratio contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragessimo octauo, duodecimo, Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno secundo. Nos cupientes, vt omnimodus ipsarum literarum succedat affectus discretionis vestræ, per Apostolica scripta mādamus quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios literas prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta vbi, & quando expedire videritis, eadem autoritate solemniter publicantes, ac eisdem rectori, & Canonicis in præmissis oportuni fauoris præsidij assistentes, non permittatis aliquem ex eis quo minus idem sibi proueniat effectus à quoquam indebite molestari, vel quomodolibet impediri, contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia oportuna iuris remedia, appellatione post posita compescendo. Non obstantibus fælicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qui bus cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, vel diocæsīm, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnā dietā à fine suę Diocæsīs ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apostolica deputati extra ciuitatem, vel diocæsīm, in quibus deputati fuerint cōtra quoscumque procedere, siue alij, vel alijs vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in consilio generali, nec non alijs Apostolicis constitutionibus contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim à dieta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragessimo octauo, duodecimo, Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno secūdo. Blondus.

✠ BVLLA MARTINI PAPÆ TRANSVMPTIONIS, ✠  
atque monachorum sancti Hieronymi institutionis.



VNIVERSIS Et singulis præsentis literas, siue præsens publicum transsumpti instrumentum, inspecturis, lecturis, & auditoris, pateat euidenter, quod nos. ✠ LVDVICVS De Garlij vtriusque iuris doctor Canonicus Bononiensis dñi nostri Papæ, eiusque Camerarius, ac Curie Canoniarum Camere Apostolicæ generalis auditor ad venerabilis, & religiosi viri Ioannis de Arruda Præsbyteri Canonici sæcularis de congregatione Canonorum sæcularium in cōmuni viuentium sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharensis, Diocæsīs dictorum, Canonicoꝝ

nonicorum, & congregationis procuratoris instantiam, & requisitionē omnes, & singulos sua cōmuniter, vel diuifim interesse putari eorumque procuratores siqui essent in Romana Curia pro eisdem ad videndum, & audiendum quasdam literas Apostolicas felicitis recordationis Martini Papæ V. infrascriptas corā nobis produci, & per nos diligentur examinari, auscultari, collonari, ac auscultatas, & collonatas in publicam transsumpti formam transsumi, & exemplari mandari: nostramque, & dictæ Curix causarum Cameræ Apostolicæ autoritatem iudiciariam, & ordinariam pariter, & decretum per nos interponi, vel dicendum, & causas si quas haberent rationabiles quare præmissa fieri minime deberent allegandum: per audientiam publicam literarum contradictarum, domini nostri Papæ, vt moris est citari mandauimus, & fecimus, ad diem, & horam infrascriptas quibus aduenientibus comparuit iudicialiter corā nobis præfatus Ioannes de Arruda procuratore suo, & procuratorio nomien, quo supra edictam citationem in audientiam literarum contradictarum ante dicta executio ni dictæ demandatam coram nobis exhibuit, atque produxit citatorumq; generaliter omnium, & singulorum prædictorum, in eadem contentorū non comparentiū, nec dicto citationis termino satisfacere curantes, contumaciam accusauit ipsosque cōtumaces reputari: & in eorum contumaciam dictas literas Apostolicas consequēter etiam exhibuit, atque produxit quas diligenter videri, examinari, auscultari, & collonari, ac demum eis visis, examinatis, auscultatis, & collonatis, ac sine vitio, & suspitione repertis in publicam transsumpti instrumenti formam redigi transsumi, & exemplari mandari nostramque, & dictæ Curix causarum Cameræ Apostolicæ autoritātē iudiciariā, & ordinariā pariter, & decretū, vt eidē publico transsumpti instrumēto vbi cumq; locorū in Romana Curia, vel alibi, in iudicio, vel extra plenaria fides adhibeatur sicut dictis literis Apostolicis originalibus adhiberi merito possit, & debeat interponi per nos debita cū instātia postulauit. Nos tunc Ludouicus generalis auditor præfatus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi dictos citatos non comparentes, nec præmissa fieri videre, & audire, aut aliquid rationabile quare ea fieri non deberent allegare curantes, reputauimus merito prout erant id exigente iusticia contumaces; & in eorum contumaciam visis per nos, & diligenter inspectis, & examinatis huiusmodi literis Apostolicis infrascriptis, eisque per notarios nostræ Curix diligenter auscultatis, & collonatis, ac sanis, & integris non cancellaris, nec in aliqua sui parte suspectis sed illæsis omnique prorsus, vitio tam inscripturis quam plumbis, ac alia quacumque suspitione carere repertis: idcirco ipsas ad præfati Ioannis de Arruda Præsbyteri Canonici, & procuratoris suo, & procuratorio nostræ prædicto instantiam per discretos viros magistros Ioannem Nicolai Andree de Castello, & Dominicum Nādi de Piscia notarios publicos dictæq; Curix Canoniarū Cameræ Apostolicæ corā nobis scribas iuratos infrascriptos trāssumi, & exēplari, & in hāc publicā formā redigi mādauius, & fecimus volentes, & autoritate dictæ Curix decernentes quod huiusmodi trāssumpto seu publico trāssumpti instrumēto, adhibeatur de cœtero in iudicio, & extra vbicumq; locorū, & terrarū fides

B V L L A

plenaria, ac talis, & tanta, qualis, & quanta in ipsis originalibus literis Apostolicis infrascriptis, & de verbo ad verbum inferius regeneratis, & exemplatis data fuit, & adhibita, ac daretur merito, & adhiberetur vbi quotiens, & quando præsentarentur. Præmissisq; omnibus, & singulis tanquam rite, & legitime factis, & celebratis nostram, & dictæ Curiaë causarum Cameraë Apostolicæ autoritatem iudiciariam, & ordinariam interposuimus pariter, & decretum. Tenor vero dictarum literarum Apostolicarum de quibus supra fit mentio sequitur, & est talis.

**M**ARTINVS Episcopus seruus seruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pij votis fidelium gratū nos decet præbere assensum, & ea quæ religionis propagationem diuinique cultus augmentum respiciunt, vt ad debitum producantur effectum fauoribus prosequi, gratiosis ipsaq; personis sub religione sedulum domino reddentibus famulatum, bene uolo fauore concedere per quæ eorum quieti, & tranquillitati salubritur consulatur. Sane sicut exhibita nobis pro parte dilecti Filij Lupi de Olmeto fratris monasterij, beatæ Mariæ de Guadalupe ordinis sancti Hieronymi sub regula sancti Augustini viventis, Tolentanensis Diocæsis petitio continebat, quod ipse, & alij quam plures eiusdem ordinis fratres zelo deuotionis accensi obfrugem vitæ melioris arctius quam obseruantia dicti ordinis exigat regularis, sub eisdem tamen regula, & ordine vitam colere desiderant, & ad hoc non nulla loca pro monasterijs apta pia largitione fidelium assignari, & deputari sperant, prout quoddam heremitorium Lacela nuncupatum in montibus loci de Catala Hispalensis Diocæsis constitutum cum domibus contiguis, ac bonis alijs mobilibus, & in mobilibus eidem Lupo pro monasterio dicti ordinis fundando, & erigendo donatum seu assignatum extitit, quare pro parte dicti Lupi qui ordinem ipsum expressus, & legum Doctör existit, nobis fuit humiliter supplicatum, vt heremitorium huiusmodi in monasterium eiusdem ordinis erigere, ac alia quatuor loca in heremis ad hoc apta congrua, & honesta iustis titulis ad episcenda, & pro monasterijs dicti ordinis erigendis recipiendi, ac vitam arctiorem huiusmodi assumendi sibi, ac fratribus prædictis licentiam concedere, nec non statuta, & ordinationes ad hæc decentia sicut infra scribuntur confirmare, & eorum defectus supplere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui religionis, ac diuini cultus augmentum nostris temporibus intensis desiderijs affectamus, volentes Lupum, & fratres ipsos in eorum laudabili proposito confouere, huiusmodi supplicationibus, inclinati, dictasque donationem seu assignationem confirmari, heremitorium prædictorum, in monasterium ordinis, & sub vocabulo sancti Hieronymi prædictorum, de cætero nuncupandum, de pijs largitionibus fidelium dotandum, & cum suis officinis per dictū Lupum construendū, ac vt infrascriptur regendū autoritate Apostolica tenore præsentium erigimus dictoque Lupo seu alijs fratribus dicti ordinis per ipsum Lupum nominandis, quatuor alia loca pro quatuor monasterijs eiusdem ordinis in hæremo seu solitudine a populo distantibus fundandis, ac erigendis, & de largitionibus

tionibus similibus dotandis, si loca ipsa eisdem aut alteri populorum, alias Canonice concedantur singula videlicet eorum cum ecclesia, altaribus, cimiterio, & humili cāpanili, campana, & claustro, ac necessarijs officinis, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; cōtrarijs quibuscūq;, Diocæsanoꝝ, & quorūcumq; aliorum licentia ad huiusmodi minime requisita iure tamen ecclesiarū parochialium, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo, recipiendi, ac vt præferatur fundandi, & erigendi autoritate prædicta licentiam elargimur, & ne Priores, & fratres in monasterijs ipsis, & alijs quæ statuta prædicta sponte susceperint pro tempore existentes pro eorum victu, & necessarijs duodecim in quolibet eorundem monasteriorum de gentium fortassis minus sufficienter dotatis in necessarijs pœnuriã patiantur, concedimus quod ipsi hostiatim etiã voce alta fidelium elēmosinas per quascumque terrarum partes petere, & illa alias quouis iusto titulo acquirere habere, & in eorum licitis vsibus expendere, & ad alias pias causas conuertere libere valeant, districtius inhibentes ne quisquam cuiuscumq; status, gradus, vel conditionis fuerit, ipsos in huiusmodi elēmosinarum petitione valeat quomodolibet impedire, volumus in super monasterijs ipsis, & quibusuis alijs quæ prædicta statuta susceperint Priores quotiens eorum officium vocare contingat a suis conuentibus, & fratribus Canonice eligi: quorum omnium Priorum, & fratrum, ac monasteriorum prædictorum, & quæ pro tempore fuerint, eundem Lupum qui fratres quoscumq; eiusdē ordinis sub præfatis statutis, viuere volentes cum omnibus eorum, ac eiusdem Lupi bonis mobilibus, & immobilibus, ad quæcumque monasteria bona illa prius deputauerint, vel adduxerint superiorum suorum licentia quo ad hoc etiam minime requisita assumere, & ad quæcumque monasteria de prædictis quæ statuta, & ordinationes huiusmodi sponte susceperint eos adducere valeat apud nos de religionis zelo vitæ munditia, & literarum scientia multipliciter cōmendatum superiorem, ac caput, & principium cōstituiimus, & etiam ordinamus sibiq; omnes ipsis subijciantur, & tanquam capiti, & maiori suo obedire teneantur, illius quoq; monasterij de prædictis sit Prior quod infra quinquenium a datis præsentium computandum, per eundem lupū magis aptū deputatum fuerit, etiam si infra idem quinquenium plura monasteria ipsum deputate, & deputata mutare contingat, quodque in alios Priores, & fratres monasteriorū prædictorum, quæ pro tempore fuerint, ipsaque monasteria similem in omnibus, & per omnia Lupus ipse habeat, & iuxta eorum exigētiam exerceat potestatem, qualem dilectus filius Prior domus maioris Cartusie, pro tempore in Priores Monachos, & fratres, ac monasteria sui ordinis dum eorum generale Capitulum non tenetur, habet & exercere consuevit, quam per singula præsentibus haberi volumus pro expressa, ipsoque Lupo vita functo Prioribus, & fratribus, ac monasterijs ante dictis. Ille præficiatur in maiorem, eorumque omnium sit caput, & præpositus, & cum eadem quæ prædicatur potestate qui Prior fuerit pro tempore monasterij, cuius idem Lupus Prior fuerit tempore obitus antedicti, cuius quidem monasterij ille sit Prior, & prædictorum omnium præpositus quem fratres eiusdem monasterij cæteriq; Priores mona-

steriorum prædictorum per se vel alios suo nomine in eodem generali, vel priuato Capitulo seu eorū maior pars Canonice simul elegerint, idemq; Lupus seu qui præpositus, vt permittitur, fuerit, & alij pro tempore existentes prædictorum monasteriorum Priores, ac cōuentus per se, vel alios eorum vice deputatos, vbi viderint expedire de triennio in triennium Capitulum teneant, licet illud ex causa quandoque anticipare, seu post ponere valeant, in quo diffinitores, ac ipsi demum, & præpositus ipse, visitatores, & electionum Priorum confirmatores assignent, & statuenda statuant, & qui post eundem Lupum præpositus fuerit, ipsique Priores absolutiones Prioratum petant, & eas si Præposito, & diffinitoribus huiusmodi videatur faciant, per quas cum ipsas fieri contingat, & non alias præterquam per mortem, & cum eas præpositus ipse tempore quo eorum generale Capitulum non tenebitur ex causa, quæ sibi videbitur rationabilis duxerit faciendas, Prioratus ipsi vacare omnino censeantur, ac alia facere, & statuere valeant ad instar generalis Capituli ordinis Cartusie mēbrati, & prout alias eisdem videbitur vtilius expedire, dum tamen cōtra statuta huiusmodi, & alia nostris præsentibus literis contenta, nihil valeant attentare, quodq; eorum ordinem profiteri volentes ad professionem recipere valeant, prout infra scribitur, & in cæteris monasterijs, ab antiquo fundatis prædicti ordinis sancti Hieronymi, est fieri consuetum, insuper quod recepti, & recipiendi in eisdē monasterijs ecclesia, & clerici in sacris ordinibus non constituti, vna cum alijs ipsorum monasteriorū, fratribus in sacris ordinibus constitutis voces habeant ipsorum, Priores eligendi, volumus quoque præfatum Lupum, & qui post ipsum superior omnium prædictorum, pro tempore fuerit præpositū, & qui in eisdem monasterijs præfuerint, Priores, monasteriorum, ordinis Monachorū Hæremitarum sancti Hieronymi, dictosque fratres, clericos, sub huiusmodi statutis viuentes, sibi subditos monachos, hæremitas, ac laicos conuersos, fratres hæremitas sancti Hieronymi, de cætero nūcupari, & appellari decernimus. Præterea de specialis dono gratiæ dictum Lupum, & fratres quos vt præfertur assumpserit, seu elegerit à tempore electionis huiusmodi, ac præfatum Decatalla, & alia supradictis statutis fundanda monasteria, cum illa fundari contigerit, ac quæcumq; alia monasteria, quæ statuta ipsa, vt præferiur susceperint, eorumque Priores, & fratres, & personas, ac ipsorum dictum propositum, pro tempore existentem, cum omnibus possessionibus. Iuribus, & pertinentijs, nec non bonis mobilibus, & immobilibus præsentibus, & futuris, Præpositorum, monasteriorum, eorumque membris ab omni iurisdictione, visitatione, correctione, ac dominio, & potestate, Archiepiscoporū, Episcoporum, & aliorum ordinariarum, locorum, & superiorum suorum, aliorum quorumcumque, etiam ordinis sancti Hieronymi prædicti, in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus. Ita quod illi nullam in eundem Lupum, & quos vt præfertur elegerit, ac monasteria, Priores, monachos, fratres, personas, & ministros, ac bona eorum prædicta, quæ erunt pro tempore visitationem, correctionem, vel aliam iurisdictionem quamcumque, ordinariam, vel extraordinariam, quomodolibet valeat per se, vel alium, seu alios exercere, sed ipsos, & ipsa sub nostra, & Sedis Apostolicæ, ac beati Petri protectione recipimus

per præsentēs, ac volumus perpetuo remanere, decernentes insuper irritos, & inanes omnes, & singulos processus, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias si quas forsan contra præmissa, aut aliquod præmissorum quacumque autoritate contigerit promulgari, mandantes nihilominus per præsentēs quilibet superiorū prædictorū, & quibusuis alijs personis in virtute sanctæ obedientiæ quatenus, & prædicta, seu eorum singula exequenda nullum impedimentum præfato Lupo, seu Prioribus, vel fratribus supradictis, aut alicui Præpositorum, sub præfatis statutis, viuere volentibus, præstent, seu præstari faciant, quomodolibet: tenor vero statutorum, & ordinationum prædictorum, quæ rata habentur, & grata, prædicta autoritate Apostolica, & ex nostra certa scientia tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communi mus suppletes omnes defectus, qui interuenerint in eisdem secundum quæ, ac alia prædicta ordinis sancti Hieronymi, statuta, quæ dictus Lupus, præsentibus tamen non contraria susceperit, Priores, conuentus, & fratres prædictorum, monasteriorum, & eorum, quæ in posterum statuta huiusmodi sequentia, in se sponte susceperint, seu sub eis viuere elegerint, licet ab eisdem infra quinque menses, à tempore electionis huiusmodi, dumtaxat declinare valeant, regi, & gubernari volumus sequitur, & est talis. Licet creatura non habeat, quid pro meritis suo respōdeat creatori, si tamen agat, id quod in se est noster clementissimus Iesus placabitur, & pro nostris laboribus, licet temporalibus ultra cōdignum in perpetuū nobis retribuet, & quoniā uiris religiosus ad faciendum, quod in se est securius, est vitam contemplatiuam, & à turbis hominum segregatam agere, & præcipuè in hæremo, & abstinentia viuere, ut cum maiori pacis, tranquillitate, & læta cordis munditia impensius Deo debitū reddat. Idcirco ego frater Lupus de Olmeto Præsbyter monasterij sanctæ Mariæ de Guadalupe, ordinis sancti Hieronymi, professus, & non nulli alij deuoti religiosi, eiusdem ordinis professi, sub regula sancti Augustini viuentes, volentes vitam nostrā sic agere, ut si in quātum in nobis fuerit Deo auxiliante in pace reddamus vitam, arctiorem, securiorem tamen quam hæctenus tenuerimus insolitudine positi, & abstinentijs hæremitarum monachorum vitam, quorum nomen, & nuncupationem gaudere, & appellari volumus, & præsertim præfatos sanctissimos Hieronymū, & Augustinū, imitari potius affectantes de licentia Apostolica, sub institutis sequentibus agere omnino desideramus, quæ sub forma infra scripta ad perpetuam rei memoriam statuimus, & sub eis nos, & ad huiusmodi vitam nostram, post nos viuētes viuere, & stare cōstitui mus, si sanctissimo domino nostro Papæ summo Pontifici, aliquod monasterium, seu monasteria ad huiusmodi vitam faciendā placeat nobis assignare, seu licentiam fundandi dare, & huiusmodi statuta confirmare cuius sanctitati, per præsentēs supplicamus, ut statuta nostra huiusmodi, ex sua certa scientia omnes defectus eorum etiam supplendo autoritate Apostolica rata, & grata habendo confirmet, & ut perinde valeant concedat, ac si sua autoritate Apostolica fuissent ab initio facta, & constituta: quæ sunt tenoris sequentis. In primis volumus, & statuimus, ut à curis, & sollicitudinibus huius sæculi simus magis remoti, & contemplationibus potius dediti, quod nullatenus nos,

& quicumque in posterum alicuius monasteriorum huiusmodi fuerint professi, ipsaque monasteria, agros, loca, seu quæuis immobilia, quæ viris contemplatiuis magnam parant occupationem, & curam temporalem, per nos ipsos in communi, vel particulari administremus, præter monasteria cum claustris, domibus, curralibus, & hortis, fratribus competentibus, seu oportunis, & si ea nobis hæreditario iure, aut alias quocumque licito modo, vel titulo, seu nostris monasterijs, seu monasterio acquirantur, seu pertineant, illa vendere, permutare, aut alias modo debito alienare, seu in censum, vel emphyteusim dare, aut locare, seu ea per alios administrare, & eorum pretium in nostros, & monasteriorum nostrorum licitos vsus, & vtilitatem, siue alias pias causas conuertere, & redigere omnimodo teneamur, ea tamen quibus opus habuerimus quandiu monasteria, ex redditibus annuis pro duodecim fratrum sustentatione non fuerint sufficenter dotata, de elemosinis fidelium mendicare, vel alias illa quouis iusto titulo acquirere, & habere possimus, Curiositatem quoque pænitus vitantes, paupertatem autem opere ostendentes, tam in vestibus, & lectis nostris, quam in ædificijs, domibus ecclesijs, & ornamentis earum, & quibusuis rebus alijs ad nostros vsus quomodolibet pertinentibus, ac quod in singulis de nostris monasterijs, vt facilius in heremis sustentemur, & populis non simus graues, & melius pauci sine tumultu in charitate coniugamur duodecim fratres ad plus recipiantur, & inhabitent, & vt melius ac deuotius in Dei laudibus, & diuinis obsequijs persistamus, in quolibet monasteriorum huiusmodi fratrum habitantium, duæ partes adminus sint fratrum, clericorum cæteri vero possunt esse fratres laici, seu conuersi ad seruitium dediti monasterij, qui in choro, dormitorio, capitulo, ac refectorio, sint à clericis separati, & barbas longas nutriant, prout communiter, in cæteris ordinibus est fieri consuetum, quodq; etiam si demum nostro superiori Præposito videatur possimus clerici, etiam Præsbyteri, similes barbas nutrire, sanctissimum Hieronymum, & alios antiquos patres imitantes, pro quorum sustentatione, nullum monasteriorum huiusmodi possit habere in redditibus annuatim vltra valorem quadringentorum florenorum auri de camera, ac quod de elemosinis, nõ plus recipiant Prior, & fratres, qui pro tempore in quolibet monasteriorum huiusmodi fuerint, quam eis sit opus pro eorum congrua sustentatione, & monasterij in quo vixerint necessitate, seu vtilitate patentibus, dotem monasterij, in huiusmodi sustentatione etiam computado, vt alijs Christi pauperibus locus tribuatur, & diuitiarum abundantia, seu rerum superfluitas, in nostris monasterijs pænitus euitetur, quæ humili religioni apperte imitantur, & potius egere, quam abundare, omni tempore reperiamur. Officium autem diuinum, secundum Breuiarium, & Missale curiæ Romanæ, voce sub missa sine nota, hoc est non cantando, punctuatim tamen ac distinctæ pronuntiando dicamus, seu faciamus, ne circa doctrinam cantus, & eius exercitium occupati, in nostra solitudine insistamus, & vt circa cõtemplationem, orationem, & lectionem, ad maiorem animarum nostrarum ædificationem, & instructionem, tempus maius, seu spatium largius habeamus, iuxta tamen antiquas regulas Breuiarij, officium prædictum faciamus, secundum quas multi de sanctis transeunt


transeunt per commemorationem, ac de multis alijs fit festum, seu officium trium lectionum, vt frequentius Psalmos feriales, ac preces dicamus, quod est officium longius, & multo deuotissimum, in Sabbathis tamen nisi sit festum duplex, vel semiduplex, de domina nostra beatissima Virgine Maria, officium duplex celebremus, prout etiam cæteri fratres aliorum monasteriorum ordinis prædicti sancti Hieronymi, hoc idem officium in diebus Sabbathi faciunt, item quoniam summo Deo placet pro defunctis exorare, in domino exhortamur nos ipsos, ac futuros fratres, post nos quandoquæ venient, vt quotidie vespéros, ac vnum tantum nocturnum, sed pro die lunæ tres nocturnos cum laudibus de defunctis, nisi sit Dominica dies festum duplex, vel semiduplex, cum tribus orationibus in fine, ac omni sexta feria, septem Psalmos Pænitentiales in communi, vel particulari dicamus, laici vero fratres, seu cõuersi, qui fuerint pro tempore dicant vigesies & quater pro matutinis, pro laudibus quinquies, pro qualibet orarum, primæ, tertiæ, sextæ, & nonæ, ac complectorij septies, & pro vespèris duodecies, Pater noster cum Aue Maria, & Requiem æternam in fine, cuiuslibet Aue Mariæ, pro horis Canonicis, quorum omnium nostrum, ac fratrum prædictorum pro tempore existentium, & ad nostram huiusmodi vitam venientium, vita, & occupatio quotidiana, vt circa hæc principaliter existat, affectamus, ac volumus, & nos inuicem in domino exhortamur, videlicet circa officium diuinum, circa orationem, & sacrarum scripturam lectionem, ac manuum laborem aliosque actus obedientiæ, conuersationem regularem concernentes, & per maxime circa contemplationem, ad quam potius sumus dediti, prout ad hæc temporum congrua spatia Priores, monasteriorum, qui pro tempore fuerint designauerint, expresse etiam prohibemus studium quacumque scientiam docendi apud nos, & fratres nostrorum monasteriorum, seu inter eos in quouis monasterio, siue loco alio haberi, seu teneri, & qui graduati in scientia aliqua fuerint nominibus graduum nullatenus nuncupentur, insuper beati Francisci doctrinam amplectentes volumus, quod nescientes literas non addiscant, ne huiusmodi præoccupationis prætextu, ab exercitijs alijs obediendiæ in religione potius necessarijs, & quibus vt præfertur sint magis insolitudine dediti aliquatenus retrahantur, quia nõ in sublimitate scientiæ gradus, seu honoris, sed in humilitate, & virtute acquiritur regnum Dei, nam vt inquit Paulus, scientia inflat charitas autem ædificat, & vt religio possit melius obseruari, statuimus, quod nullus ad habitum, & professionem nostram recipiatur, nisi ætatem viginti annorum excedat. Insuper quod nulla fæmina in nostra monasteria, nec infra eorum cæpta, sub excommunicationis pæna intrare permittatur, quæ omnia, & singula supradicta omnimodo obseruari volumus, nec contra ea vnquam admittatur aliqua dispensatio, nec quouis modo oblata recipiatur, & quoniam abstinentiæ, & vigiliæ decorant religiosum, nec quis potest tétationes vincere, nisi ieiunijs caro maceretur, volumus, & ordinamus, vt à nobis, & quibuscumque Prioribus, & fratribus pro tempore existentibus, & ad huiusmodi vitam nostram in posterum venientibus, debilibus, & infirmis dumtaxat exceptis abstinentiæ, & ieiunia sequentia in perpetuum teneantur, & obseruentur, in primis videlicet, quod ab omnibus carnibus in

perpetuum abſtineamus, qui tamen infirmi ſeu debiles carnes debuerint comedere extra reſectorium eas comedant. Item quod videlicet ieiunia per eccleſiam ſtatuta a feſto omnium ſanctorum uſq; ad Natale domini, ac omnibus ſextis ferijs ieiuniū celebremus, dum tamen victum ad ſuſtentionem noſtrā ſemel in die habuerimus, optamus inſuper quod in tempore medio videlicet inter Natale domini, & quadrageſimam dominicis, ac feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus dumtaxat exceptis, ſemel tantum in die reſectionem ſumamus, ſed & hoc etiam deſideramus, ac volumus, quatenus præfatis debilibus, & infirmis exceptis, in noſtris veſtibus, & lectis omnimodo lineis non utamur niſi tantum infemoralibus, quodque dum fuerimus in noſtris monaſterijs in communi ſimul reſiciamur, & ut magis contemplationibus inſiſtamus, & vnus alteri non ſit impedimentum in ſingulis cellulis ſub eodem tamen tecto, vel domo ſeu ſaltem ſub duobus tectis, vel domibus conſiſtentibus dormiamus, & ne quaquam ſupra plumam, vel lanam in lectis iaceamus ſed ſupra paleas, vel fenum, aut huiusmodi talia, ſupra quæ tamen lodicem ſeu ſieltrum habere poſſimus, ad caput tamen ceruicalia ſeu capitalia lanea ſiue linea cum lana nobis tenere liceat, vbicumq; tamen fuerimus cum tunica ſaltem parua, & ex capulari ſaltem ſine capella magna cum caputiolo tamen capitis paruo exiſtente induti dormiamus, quodque pro noſtra maiori humilitate, & abiectiōe, ac habitus vilitate, mantellum noſtrum, & ſcapulare de eſtamenia groſſa grifea ſeu nigra poſſimus portare, eiſdem tamen formæ, ac vtilitatis materiæ quam prius habere conſueuimus non obſtante quod ab ordinis ſancti Hieronymi inſtitutione debeant eſſe de colore grifeo, vel burelo ſuper ijs tamen ac etiam ſuper prædictis ieiunijs ſeu abſtinentijs poſſit Prior, & in eius abſentia Vicarius tam in communi quam in particulari ex cauſa quæ ei rationabili videatur diſpenſare præterquam circa carnes comedendas. Infirmi autem ſeu debiles quo ad prædicta cenſeantur quos Prior, vel in eius abſentia Vicarius eſſe iudicauerit, aut in eorum abſentia infirmos ſeu debiles indubitanter eſſe manifeſte conſtet, infirmi autem ſeu debiles ſint in propoſito iudicandi qui ſi carnes non comederent verſimiliter præſumatur eos ingrauiorem infirmitatem incurrere, aut ſi eas comederent ſanitatē priſtinam recuperare: inſuper obſeruare omnio volumus quod cum equitare nobis expediat in aſinis tantum equitemus ſi tamen in longinquas regionum partes ire debuerimus poterunt Priores ſi expedire viderint ſeu perceperint diſpenſare, quatenus maiores equitaturas cum caſtro tamen ſiue canopo atque criſtella tantū hætere valeamus. Item attento quod vita huiusmodi quam de Apoſtolica licentia accipere intendimus ſit ſtrictior quam hætenus tenebamus, volumus quod ſiqui tranſierint de quibuſcumque alijs monaſterijs prædicti ordinis ſancti Hieronymi ad vitam noſtrā ſeu ad aliquod de noſtris monaſterijs licentia ſaltem petita ad profeſſionem vitam, & habitationem noſtras recipi per noſtros Priores valeant. Inſuper volumus quod qui ad monaſterium, & vitam noſtram huiusmodi de venerint cum ad profeſſionem admittantur pariter etiam promittāt ſe moresque ſuos iuxta ordinationes, & ſtatuta huiusmodi prout in eis continetur conformare, præfertim attento quod per eas peccatū mortale

mortale nullatenus quæ quâ incurrere volumus, sed tantû pati pœnas corporales etiã si graues, seu grauiores propter earû fractionẽ fuerint impositæ super obseruãtia autẽ omnium prædictorum Priori conscientia onerentur, in quibus est quod si statuta, & ordinationes huiusmodi obseruari faciãt religio in suo statu debito permanebit, quæ alias eorum culpa, seu negligẽtia cito corruet, de quibus strictam rationem in iudicio vltimo reddent. Insuper vt Dei seruitium in nostro ordine amplius augmentetur, volumus, & etiam per præsentem domino nostro summo Pontifici supplicamus, quod monasteria quæcumque ordinis sancti Hieronymi præfati, eorumque Priores, & fratres, quæ sub huiusmodi statutis viuere, & ea tenere, & obseruare voluerint, illa tenere, & obseruare libere valeant, ac postquam ea semel susceperint sicuti, & nos sub eis viuere, & stare omnimodo teneantur, non obstantibus Apostolicis constitutionibus, ac statutis, & consuetudinibus ipsius ordinis, etiam autoritate Apostolica cõfirmatis, seu concessis, etiam illis quibus cauetur expresse, quod officium Priorum eiusdem ordinis triennio dumtaxat duret, quo lapsõ qui tunc fuerit, aut alius de nouo eligatur, quodque nullus fratrum eiusdem ordinis possit ad alium ordinem etiam strictiorem, sine Apostolica, aut Prioris, & conuentus sui licentia concessa transire. Iuramento cõfirmationis Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque cõtrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, cõcessionis, inhibitionis, cõstitutionis, ordinationis, exemptionis, liberationis, receptionis, mandati, rati habitationis, confirmationis, cõmutationis, defectuum supplementionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Gallicani Prænestinæ Diocesis, septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno septimo. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentem literas, siue præsentem publicum transumpti instrumentũ ex inde fieri, & per præfatos notarios publicos, & scribas nostros supra, & infra scriptos transumpti subscribi, & publicari mandauimus dictæque Curiaë causarum Cameraë Apostolicæ, sigilli quo vtimur iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum & datum Romæ, in domo habitationis nostræ sub anno à Natiuitate Domini, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo octauo, indiçtione vndecima, die vero duodecima, mensis Aprilis, Pontificatus sancti Isimi in Christo, patris & domini nostri Nicolai, diuina prouidentia, Papæ V. anno secundo, præsentibus ibidem discretis viris magistris Laurentio Venatij de Vrbe, & Iuliano de Creis de Florentia, etiam dictæ Curiaë causarum Cameraë Apostolicæ notarijs, scribisque nostris testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Gratis demandato domini nostri Papæ vbique.

Io. de Arimino.



B V L L A



**E**T ego Ioannes Nicolai Andreæ de Castello, publicus Imperiali autoritate, nec non causarum Curia Camera Apostolica prædictæ notarius, quia supra insertarum literarum Apostolicarum præsentationi, ipsarumque receptioni, visioni, admissioni, transumptioni, decreti quoque, & auctoritatis, dicti domini auditoris interpositioni, omnibusque alijs, & singulis præmissis dum sic ut permittitur agerentur, & fierent, vna cum prænotatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audiui, & quia ipsarum supra insertarum literarum, vna cum ipsarum originali, vna cum infra nominato Magistro Dominico in præsentia dicti domini auditoris fidelem auscultatè feci, & ambas scripturas in omnibus concordare inueni, ideo ut huic præsentis transumpti publico instrumento per alium me alijs occupato negotijs fideliter scripto de cætero plena fides adhibeat, me de ipsius domini auditoris mandato subscripsi, & publicavi, signoq; & nomine meis solitis, & consuetis vna cum appensione sigili dictæ Curia causarum Camera Apostolica prædictæ signavi. Rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.



**E**T ego Dominicus Nardi de Piscea, Lucanèsi Diocæsis publicus Apostolica, & Imperiali autoritatibus, Curiaque causarum Camera Apostolica, notarius, & scribe quia huius præsentis transumpti, vna cum suis originalibus simul cum supra scripto Magistro Ioanne connotario fidelem auscultationem feci, & ambas scripturas simul concordare inueni, idcirco huic præsentis transumpti publico instrumento me propria manu subscripsi signoq; ac nomine meis solitis, & consuetis, vna cum appensione sigili dictæ Curia causarum Camera Apostolica signavi in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

**BVLLA BENEDICTI PAPÆ, IN QVODAM INSTRUMENTO INSERTA SUPER QUASDAM POTESTATES ORDINATIONIS, ATQUE TRADITIONES SANCTI HIERONYMI.**



**I**N Dei nomine Amen. Notum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ego Ioannes Sancij Archidiaconus de Arevalo, in ecclesia Agulensi, & Canonicus præbendatus ecclesie Toletanæ, nec non in dicta ecclesia ciuitatis, & diocæsis Tolletanæ, per reuerendissimum in Christo, patrem & dominum dominum Sancium, miseratione diuina, Archiepiscopum Tolletanum, Hispaniarum Primate, ac maiorem regni Castellæ Chancellarium, in spiritualibus, & temporalibus, & officialis, seu Vicarius generalis, vidi, legi,

legi, tenui, paluavi, & diligentur de verbo ad verbum inspexi quasdam literas Apostolicas, sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Benedicti, diuina providentia, Papæ XIII. cum filis sericis in pendentibus, more Romanæ Curie bullatas, sanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed prorsus omni vitio, & suspicionem carentes, quarum quidem literarum Apostolicarum tenor sequitur in ijs verbis.



**B**ENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, licet exigente nostri Apostolatus officij cura cuiuslibet ordinis approbati incrementum prosperum affectemus, ordinem tamen fratrum sancti Hieronymi, sub regula beati Augustini, viuentium acie interne deuotionis, & charitates aspiciamus, & ea quæ fratrum animarum salutem, ac ordinis prædictorum prosperitatem respiciunt, quatenus æterni Patris beneplacitis gratificari credimus fauorabiliter promouemus. Igitur circa ipsius ordinis reformationem, quietem, & pacem sollicitè intendentes considerato, quod ordo ipse caput, seu maiorem non habet, prout ceteri ordines approbati, & quod propterea quam plurima quæ conseruationem, & reformationem ipsius ordinis sancti Hieronymi concernere dignoscuntur, prætermissa fuerunt hætenus, & omittuntur etiam de præsentibus, ex ijs & certis alijs causis rationabilibus, matura etiam cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, super ijs deliberatione præhabita auctoritate Apostolica, ex certa scientia tenore præsentium statuimus, ac etiam ordinamus, quod Priores, & fratres dicti ordinis generale Capitulum, perpetuo temporibus illis, & modis secundum quod eis videbitur, primumque in monasterio beatæ Mariæ de Guadalupe, ipsius ordinis Tolletanæ Diocæsis celebrent, ad quod inibi celebrandum, dilectus filius Prior, eiusdem monasterij, hac vice post receptionem præsentium sublato more dispendio eosdem Priores, & fratres auctoritate prædicta conuocet, seu conuocari faciat. Ita videlicet quod Priores eiusdem ordinis, qui non fuerint legitime impediti per se ipsos: quibus ut præmittitur impeditis ipsi, & conuentus eorum per suos procuratores ad hoc ab eis specialiter constitutos in dicto monasterio conueniant absque mora ipsos, ad hoc si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, & subsequenter iisdem Priores, & fratres, vnum ex Prioribus, seu fratribus dicti ordinis qui caput, seu maior eorum existat, prout in primo huiusmodi generali Capitulo ordinabitur eligant, & assumant, nec non de monasterio, seu loco in quo qualiter, & quomodo ipse maior morare debeat ac vbi, & quibus temporibus generalia Capitula huiusmodi celebrentur, nec non de diffinitoribus, & alijs personis celebrationi huiusmodi necessarijs, & generaliter de omnibus alijs, & singulis, quæ tam super prædictis, quàm etiam correctionibus, reformationibus, visitationibus, instituendis, & distituendis Prioribus, pænisque imponendis illis, qui in aliquo contumaces, ac eisdem ordini, & capiti, seu maiori rebeles extiterint, & alijs quibuscumque, quæ ad salubre regimen monasteriorum cultus pacificum eiusdem ordinis statum diuini cultus

B V L L A

cultus augmentum ac salutem animarum, necessaria fuerint, seu etiam oportuna, tam incapite, quàm in membris ordinent, & disponant, prout secundum Deum eis vi debetur expedire, & nihilominus ipse maior, & alij Priores dicti ordinis, qui pro tempore fuerint pro se, & eorum conuentibus eorum Capitulo generali obedire, ac ipsius correctionem subire efficaciter teneantur modo, & forma quibus Prior Cartusiae, & alij Priores ordinis Cartusienſis, suo generali Capitulo obligant, & insuper quod in quolibet eiusdem ordinis sancti Hieronymi monasterio constituentur procuratores qui bona temporalia quaecumque ipsius monasterij, seu ad ipsum monasterium quomodolibet pertinentia recipiant, & fideliter administrent, ac de receptis, & administratis huiusmodi, sicut procuratores monasteriorum dicti ordinis Cartusienſis, consueuerunt rationem reddere teneantur: vt autem super statuendis, & ordinandis, quæ in præmissis, & circa ea per Capitulum, vt permittitur celebrandum statuenda, & ordinanda fuerint, facilius repellatur sator discordiæ humani generis inimicus, & liberius introducatur institutor cõcordiæ omnipotentis Dei, & gloriosæ Virginis, filius dominus noster Iesus Christus, volumus quod duo ad minus viri prouidi, & experti, ex dilectis filijs Prioribus, vel monachis dicti ordinis Cartusienſis, qui per dilectum filium Priorem Cartusiae, ad hoc fuerint deputati intersint primo Capitulo, per dictos Priores, & fratres ordinis sancti Hieronymi, vt præmittitur celebrando, quibus si, quod Deus auertat, inter eosdem Priores, & fratres dicti ordinis sancti Hieronymi, circa ordinationes, & statuta, vt præmittitur facienda super præmissis, vel aliquo præmissorum talis oriretur discordia, quæ inter eas cõmode supiri non posset, etiam volumus, quod ipsi duo Priores, vel monachi ordinis Cartusienſis, auditis & intellectis rationibus vtriusque partis super illis de quibus erit discordia, determinent, statuunt, & ordinent autoritate nostra vna cum parte quam nouerint meliori zelo, & maiori pietate, ac potiore ratione fulciri, quæ ipsis & parti eidem ad præmissorum effectum magis apta, & vtilia videbuntur. Nos enim statuta, & ordinationes super ijs de quibus erit discordia, per ipsos duos Priores, vel monachos dicti ordinis Cartusienſis, & partem huiusmodi facienda eundem habere vigorem, & sic rata, firma, & permansura decernimus, ac si per totum Capitulum fuissent concorditer ordinata. Demum vero ipsum maiorem, & alios Priores, & fratres, aliasque personas dicti ordinis sancti Hieronymi presentes, & futuros, in omnibus, & singulis diuinum cultum, cerimonias, & obseruantias regulares, ac regimina, & administrationes monasteriorum domorum, & aliorum bonorum spiritualium, & temporalium ipsius ordinis sancti Hieronymi concernentibus criminibus, seu quibusuis excessibus, aut delictis in quibus alterius non existentis de ipso ordine sancti Hieronymi priuatum interesse non vertitur, quæstionibus quoque, & controuersijs ac dubijs si qua inter maiorem, & alios Priores, fratres & personas eiusdem ordinis sancti Hieronymi esse contingeret, etiam si ex mero officio iudicis in cunctis, & singulis prædictis procedi debeat, ab omni iurisdictione, uisitatione, & correptione quorumcumque iudicum ordinariorum autoritate prædicta, ex simili scientia profus eximimus, ac etiam liberamus, ipsosque Priores, fratres, &

personas

personas eidem maiori, ac ipsum vna cum eisdem Prioribus, fratribus, & personis eisdem generali Capitulo, seu diffinitoribus, prout in ordine Cartusiense, prædicto est fieri consuetum, in alijs vero in quibus vertitur, seu verti potest interesse aliorum monasteriorum, ecclesiarum, locorum, & personarum, eisdem maiorem, & alios Priores fratres, & personas ipsorum locorum prædicti ordinis sancti Hieronymi ordinarijs, prout hæctenus erant subditi, & subiecti, sub esse ac subditos, & subiectos in perpetuū fore decernimus, ac etiam ordinamus. Ita tamen quod in criminibus, in quibus cuiuscumq; non existentis de dicto ordine sancti Hieronymi, vt præmittitur interesse vertetur, si ipsi illud prosequi voluerint, coram ordinario prosequantur, ac etiam Prior casu prædicto in eo quod pertinet, ad obseruantiam ipsius ordinis regularem si velit possit malefactorem corrigere, & punire, vbi autem ex huiusmodi calu notabile scandalum ortum fuerit, quod ledari non possit, per pœnam ab eodem Priore impositam criminoso, ordinarius se informet, an sufficiens pœna per suum superiorem eidem fuerit imposita criminoso, & si eam insufficientem repererit esse, absque partis instantiâ ipsam supplere valeat iustitia exigente. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs, statutis, & consuetudinibus monasteriorum, & ordinis sancti Hieronymi prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs quibuscumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super ijs à quo quam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Per hoc autem priuilegijs, & concessionibus, Prioribus, & conuentibus, fratribus, & personis, ac monasterijs dicti ordinis sancti Hieronymi communiter, vel diuisim, ac generaliter, vel specialiter per Sedem prædictam, & aliàs qualitercumque concessis nullum volumus præiudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, exemptionis, liberationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentate præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud sanctum Matthæum Dertusensis diocæsis, quinto decimo Kalendas Nouembris Pontificatus nostri anno vicesimo primo. Post quarum quidem literarum Apostolicarum, supra insertarum visionem, & inspectionem per discretum virum Ioannem Fernandi vicinũ Tolletani, procuratorem monasterij beatæ Mariæ de Guadalupe, ordinis sancti Hieronymi Tolletanæ diocæsis, & eius nomine sui cum instantia debita requisitus quatenus auctoritate ordinaria qua in hac parte fungor dictas literas Apostolicas trãscribi, & exemplari ac in publicam formam redigi facerem ad perpetuam rei memoriam habendam de eisdem. Cum propter viarum pericula, aquarum inundationes, latronum inuasiones, ac ignis combustiones dictarum literarum Apostolicarum amissionem, timeatur, & nihilominus propter multa alia pericula quæ eminare possent, idcirco ego præfatus Ioannes Sansij Archidiaconus, Vicarius, & officialis prædictus visis literis Apostolicis, non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua sui parte suspectis, vt superius est enarratũ, & petitioni, seu requisitioni dicti Ioannis Fernandi,

tanquam cōsonæ rationi annuens per notarium publicum infra scriptum transcribi, siue exemplari, & diligentem ac fidelem collationem cum originali dictarum literarū Apostolicarum, & in publicam formam redigi, & publicari mandavi signoq; eiusdē notis, & nominis mei roboratione cōmuniri volens, & decernens quod huiusmodi publico instrumento, siue exemplo plena fides adhibeatur in iudicio, & extra sicuti originali prædictarum literarū Apostolicarum, quibus omnibus, & singulis tanquā bene iustè, & legitimè factis, & habitis ad maiorem firmitatem omniū singulorū præmissorum pro tribunali sedens auctoritatem meam ordinariam interpono pariter, & decretū, & deinde prædictis fieri mandavi per dictū notarium publicum infra scriptum huiusmodi publicum instrumentū, seu exemplū, siue publica si necesse fuerint instrumenta, siue exempla, acta fuerunt hæc Tolleti in domibus habitationum nobilis viri domini Blasij de Guzman, Archidiaconi Tolletani, anno à Natiuitate eiusdem Domini, Milleesimo, quadringentesimo, quinto decimo, die vero vicesima quarta mensis Septembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & dicti domini nostri domini Benedicti, diuina prouidentia, Papæ XIII. anno vicesimo primo, præsentibus ibidem discretis viris Petro Fernādi de Briones notario, & Ioanne Roderici, scriba, ac Didaco Garię de Auila clericis coniugatis, vicinis Tolleti, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis, Ioannes Archidiaconus Aeualensis. Et ego Ioannes Martini de Pastrana clericus Tolletanæ diocæsis, publicus Apostolica, & Archiepiscopali auctoritatibus notarius, qui præmissis visioni, inspectioni, decretiq; interpositioni omnibus que alijs, & singulis dum sic vt præmittitur per præfatum dominum officialem, & coram eo agerentur, & fierent vna cum prænotatis testibus præsens interfui, hæc omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, & in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum, alijs occupatus negotijs per alium fidelem scribi feci, meoque solito, & consueto signo vna cum dicti domini officialis nominis roboratione signaui in testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus, & requisitus.

¶ Fecho y sacado fue este traslado del dicho traslado de la dicha Bulla, en el monasterio de nuestra Señora sancta Maria de Guadalupe, a veynte y tres dias del mes de Abril, año del Nacimiento de nuestro Salvador Iesu Christo, de mil & quatrocientos y quarenta y ocho años. Testigos que estauan presentes, que vieron y oyeron leer y concertar este dicho traslado con el dicho traslado de la dicha Bulla suso incorporada, Rodrigo Alonso escriuano, y Manuel Gonçalez Tpo, y Aluaro Gonçalez çapatero, y Anton Fixo de Rodrigo Alonso de la Parra, vezinos y moradores en la dicha Puebla, para esto llamados especialmente y rogados.

**E**YO Gõçalo Rodriguez de Chaues notario publico, dado por la autoridad Apostolical, vi y ley el dicho traslado de la dicha Bulla suso incorporada, donde este traslado fue sacado, y lo escreui y saque del, y lo concerté de verbo ad verbū con el, ante los dichos testigos, y es cierto y concertado: el qual va escripto en quatro planas deste quaderno, con esta en que va mi signo, y en fundon de cada plana va puesta mi rubrica, y en sumo vnos rildones, y porende fize en el mi signo en fé y testimonio de verdad.

**L**ITERA ALFONSI CARDINALIS IN QVA PER  
per modū signaturæ continentur, quam plurima priuilegia, & exemptio-  
nes ordini beati Hieronymi concessa, & per consequens huic isti.



**I**N nomine Domini, Amen. Vniuersi, & singuli præsen-  
tes literas, siue præsens publicum instrumentum, &  
transumptum inspecturi, quod nos Iulianus de Cæsa-  
rinis de Vrbe, vtriusque iuris doctor domini nostri Pa-  
pæ capellanus, ipsiusque & eius camerarij, ac Curia  
causarum cameræ Apostolicæ generalis auditor, ad ve-  
nerabilem virum Petri Fernandi de Alua de Tormes,  
portionarij in ecclesia Escuritensi procuratoris, & no-  
mine procuratorio venerabilis patris, & religiosi viri  
fratris Lupi de Olmeto, Præpositi generalis ordinis

sancti Hieronymi instantiam, & requisitionem omnes, & singulas sua interesse creden-  
tes, eorumque procuratorum siqui erunt in Roma Curia, pro eisdem ad videndum,  
& audiendum transsumi, & explanari ac in publicam formam reddigi non nullas lite-  
ras Apostolicas, tam super conferationem, quam super continuum cõe doctrinæ mo-  
nachalis, & regulæ sancti Hieronymi assumptæ, & compilatæ per eundem dominum  
fratrem Lupum Præpositum, ex dictis originalibus epistolarum suarum tractatum  
eiusdem sancti Hieronymi, per Curiam approbatorum, quam aliarum gratiarū con-  
cessionibus, libertatibus, & alijs, sub sigillo reuerendissimi patris, & domini domini  
Alfonsi Diaconi sancti Eustachij, sacrosanctæ Romanæ Curia Cardinalis conscripti  
per sanctissimum in Christo patrem, & dominum nostrum dominum Martinum,  
diuina providentia, Papā V. eidem domino Lupo Præposito generali, & successori-  
bus suis Præpositis generalibus, & dicto ordini factis concessis, & cōfirmatis, de super  
hoc decretum, & auctoritatem iudiciariam dictæ Curia interponi, vel dicendum cau-  
sam rationabilem siquam habeant proponendum, & allegandum quarum præmissa  
minime fieri debeant per audientiam publicam literarum contradictarum domini no-  
stri Papæ, vt moris est peremptorū citari mandauimus, & fecimus ad certū perempto-  
ris terminū cōpetentē, videlicet ad diem, & horā infra scriptas quibus aduenientibus  
comparentes in iudicio corā nobis præfatus Petrus Fernandi de Alua de Tormes pro-  
curator, & nomine procuratorio quo supra, & prædictā citationem in præfata audien-  
tia publica literarū condictarum domini nostri Papæ, vt moris est publice positā atq;  
literā signoq; & sigillo eiusdem audiētiæ ab intra, & extra signatam, & sigillatā alias-  
que debitæ executioni demandatam vna cū præfatis literis Apostolicis à præfato do-  
mino nostro Martino Papa V. emanatam eius vero bulla plumbea cum filis ceri-  
eis rubei crocijque coloris ac cordula canapi moris Romanæ Curia impendente bul-  
lata, ac domini Cardinalis eius sigillo, & munimentis repræsentari prædictorum  
sua interesse credentium citatorum non comparentiū contumaciam accusauit, quos

contumaces reputari, & in eorum contumaciam dictas Apostolicas, & domini Cardinalis literas transsumi, & exemplari, & in publicam formam redigi decretum que, & auctoritatem iudicariam interponi per nos cum instantia postulauit. Nos tunc Iulianus auditor præfatus dictos citatos non comparentes, nec dicto termino satisfacere curantes, reputauimus merito prout erant quo ad actum, & terminum huiusmodi exigente iustitia licet debite, & sufficienter expectatos contumaces, & in eorum contumaciam dictas literas ad manus nostras recipimus, vidimus, tenuimus, legimus, palpauimus, & diligenter inspeximus sanas, & integras non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, ipsasque ad præfati fratris Petri Portionarij procuratoris, quo supra nomen procuratoris instantiam, & requisitionem per magistrum Nicolaum de Ciuitate Castellæ, dictæ Curie cameræ Apostolicæ notarium, & scribam iuratum infra scriptum transsumi, & exemplari, & in hanc publicam formam redigi mandauimus, & fecimus volentes, & auctoritate dictæ Curie decernentes, quod huic transumpto, siue publico instrumento detur, & adhibeatur ac daretur, & adhiberetur plena fides in iudicio, & extra vnicum que locorum & terrarum ac talis, & tanta quanta ipsis Apostolicis, & domini Cardinalis literis originalibus data fuit, & adhibita ac daretur, & adhiberetur si in medium producerentur quibus omnibus, & singulis præmissis tanquam ritè, & legitimè factis, & celebratis in eodem iudicio coram nobis nostram, & dictæ Curie cameræ Apostolicæ, auctoritatem iudicariam interposuimus, & tenore præsentium interponimus pariter, & decretum, tenor vero dictarum literarum Apostolicarum de quibus supra fit mentio sequitur, & est talis. Martinus Episcopus seruus, &c.



**A**L F O N S V S miseratione diuina, sancti Eustachij Diaconus, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, administrator que perpetuus ecclesiæ Seguntinæ, venerabilibus ac religiosis viris Prioribus, atque Vicarijs, & fratribus monasterij de Cacalla ciuitatis, & diocæsis Hispalensis, ac aliorum monasteriorum quorumcumque sub statutis, per dilectum nostrum fratrem Lupum, Præsbyterum doctorem in legibus ordinis sancti Hieronymi professum factis, & Apostolica auctoritate cõfirmatis fundatorum, seu fundandorum, & sub eisdem statutis quorumcumque monasteriorum in futurum viuentium, salutem in Domino, & Apostolicis huiusmodi fidem adhibere indultis, ad Romanum Pontificem, ac eius Pastorale officium pertinet, circa religionis incrementum, salutemque cupientium in ea promereri, & virtutum domino famulari intendere diligenter. Nuper siquidem sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Papa Martinus V. supplicationes nostras suæ beatitudini porrectas de specialis dono gratiæ duxit admittendas pariter, & admisit easque in forma, quæ sequitur de vberiori gratia sua manu beatissima subsignauit, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Dignetur S. V. gratias infra scriptas de gratia speciali concedere Prioribus, conuentibus, & fratribus monasterij de Cacalla ciuitatis, & diocæsis Hispa-

Hispalensis, ordinis sancti Hieronymi, & aliorum monasteriorum quorumcumque; sub statutis factis per deuotum oratorem nostrum fratrem Lupum, eiusdem ordinis Presbyterum professum fundatorum, & fundatorum, & sub eisdem in futurum uiuentium quæ & quot sint huiusmodi statuta, hic habentes pro expressis quæ S. V. per suas litteras Apostolicas confirmauit, prout in eisdem gratijs reddendo singula singulis continetur. In primis quod gaudeant omnibus gratijs, priuilegijs, immunitatibus, atque libertatibus quibus gaudent Priores, & fratres, atque Canonici monasteriorum sancti Bartholomei de Lupiana, & sanctæ Mariæ de Guadalupe, eiusdem ordinis sancti Hieronymi, autoritate Apostolica confirmatis, quæ & quot sint hic habentes pro expressis, & singulariter designatis, & præcipue illis gratijs per quas ab omni decimarum solutione, atque procurationum & visitationum, & subsidiorum quorumcumque; sint immunes, atque exempti, prout in eisdem continetur. Item quod dicti Priores habeant potestatem pro fratribus suis absoluendis, & cum eis dispensam quam habent, & habere consueuerunt minores pœnitentiarij in Romana Curia, atque etiam pro sæcularibus ad eorum monasteria quacumque causa uenientibus, absque diocæsano eorum, & curatorum suorum licentia potestatem habeant absoluendi, & cum eis dispensandi in casibus Episcopalibus. Item quod usque ad annos viginti Priores, & fratres ad dicta monasteria uenientes quodcumque, & ubicumque; decedentes possint absolui plenarie, in articulo mortis uero vel præsumpto quotiens ille contingat, semperque ualeat absolutio quotiens fuerit facta, semperque ualeat, & referuetur in articulo mortis uero. Quodque semel in uita plenarie absolui ualeant, per confessorem quemlibet eorum elegerint infra annum à tempore suæ professionis computandum, & hoc in perpetuum concedendum. Item quod fratres laici siue conuersi, etiam si homicidæ, seu alias irregulares, uel quouis modo inhabiles existant possint celebrantibus Presbyteris ministrare, etiam superpellitijs induci. Item quod itinerantes possint matutinas Virginis Mariæ, post ponere matutinis diei, atque etiam possint præfati Priores, & fratres, tam in suis monasterijs, quam alibi ubicumque existant, cum in sequenti die sit officium dicendum de feria prouenire per ante noctem canticum gradum, & horas Virginis Mariæ, ut matutinæ diei, & Psalmi Pœnitentiales, cum sint dicendi spatio sius dicantur. Item quod facta semiduplicitia quorum officia varie fiunt, quæ & quot sint hic habentes pro expressis duplicitia fieri possent, fiat ut petitur in omnibus sicut habet monasterium de Guadalupe. Gratis datum Gallicani Penestrinensis diocæsibus, septimo Idus Augusti, anno septimo. Et quod huiusmodi gratiæ transeat sub sigillo domini Cardinalis sancti Eustachij, concessit dominus noster quod transeat ut petitur undecima Augusti. In quorum fidem, & testimonium has litteras nostri maioris sigilli appensione munitis, mandato præfati sanctissimi domini nostri Papæ, uiuæ uocis oraculo super hoc nobis facto uobis duximus transmittendas. Datum Gallicanæ Penestrinensis diocæsibus, die undecima mensis Augusti, anno Domini, Millesimo, quadringentesimo, vigesimo quarto, Pontificatus prælibati domini nostri Papæ anno septimo.

**ALIA IPSIVS ALFONSI LITERA IN QVA CON-**  
 ceditur, vt possint vota cōmutare, & vt quæuis personæ possint in suis  
 ecclesijs per noctare, & quod sermocinantes possint  
 centum dies indulgentiarum elargiri.



**ALFONSVS** miseratione diuina, sancti Eustachij Diaconus, sanctæ Ro-  
 manæ ecclesiæ Cardinalis, administratorque perpetuus ecclesiæ Segunti-  
 næ, venerabili atq; religioso viro Priori monasterij beatæ Mariæ de Gua-  
 dalupe, ordinis sancti Hieronymi Tolletanæ diocæsis, atq; eius Vicario,  
 cæterisque fratribus, dicti ordinis in eodem monasterio, nunc aut in futurum degen-  
 tibus. Salutem in Domino, & Apostolicam huiusmodi fidem, adhibere indultis ad  
 Romanum Pontificem, ac eius Pastorale officium pertinet circa religionis incremen-  
 tum, salutemque cupientium in ea promereri, & virtutū domino famulari intendere  
 diligenter. Nuper siquidem in Christo pater, & dominus noster dominus Martinus Pa-  
 pæ V. supplicationes vestras suæ beatitudini, porrectas de specialis dono gratiæ, duxit  
 pariter, & admisit easq; in forma, quæ sequitur de vberioris gratiæ, manu sua beatissi-  
 ma subsignauit. Et primo quod Prior, & cōfessores ab eo specialiter deputati possint  
 dispensare, cum votantibus de veniendo ad dictam ecclesiam, siue monasterium, siue  
 alia vota in eius fauorem facientibus, etiam absentibus sicut possint cum præsentibus  
 dispensare vigore literarum Apostolicarum, hoc est ad dictam ecclesiam personaliter  
 venientibus, ac quod valeant suo arbitrio vota huiusmodi vtiliter cōmutare, fiat vt pe-  
 titur gratis. Insuper quod quæcumq; personæ possent dormire per totam noctem in  
 eadem ecclesia, non obstantibus constitutionibus Cardinalis Episcopi Sabinensis, in  
 eisdem partibus quōdam legati, pænas eius tollendo, prout defacto dormiunt, & dor-  
 mire in eadem ecclesia consueuerunt à tanto tempore, quod non est memoria incōtra-  
 rium, fiat gratis. Item quod omnes indulgentiæ Apostolicæ in dicta ecclesia factæ, & fa-  
 ciendę valeant concedi, etiam illis qui confitebuntur vsq; ad tres dies, post diem con-  
 fessionis cōputando, fiat gratis. Præterea quod sermotionantes, seu prædicantes in eadē  
 ecclesia, seu monasterio possint centū dies indulgentiæ audiētibus cōcedere vltra alios  
quadraginta dies, quos autoritate Apostolica cōcedere possint, fiat in totū decentum  
diebus, gratis. Insuper quantū in quadā cōcessione Apostolica, eidē monasterio facta  
 dicitur, quod Prior, & confessores per eū deputati possint absolvere in dicto monaste-  
 rio quascumq; personas, & cum eisdem dispensare in casibus Episcopo reseruatis dig-  
 nemini declarare concedendo, quod etiā absolvere possint ab omni sententia excōmū-  
 nicationis, suspensionis, & interdicti, & ab omni censura ecclesiastica in quibus possint  
 Episcopi, ac etiā quod valeant dispensare super omni irregularitate cōtracta occasione  
 huiusmodi excōmunicationis, suspensionis, & interdicti siquam etiam diuina cele-  
 brando incurrerint, ex quo à sententijs prædictis Episcopo reseruatis potuerint absol-  
 uere, ac etiam valeant dispensare super quibusuis criminibus etiam enormibus, fiat  
 vt petitur, gratis. Item quod Prior, & fratres prædicti non teneantur, dicere pro qua-  
 libet

libe cappellania eidē ecclesiæ, seu monasterij qualibet septiman, vltra quatuor missas, etiã si earum institutores, seu fundatores defuncti mādauerint missam quotidie celebrare, quia labor est maximus, & difficile sit celebrare quotidie, & præsertim est onerosum cum sint in eodem monasterio multæ cappellaniæ, fiat, gratis. Insuper quod Prior, & fratres præsentēs, & futuri dicti monasterij professi vbicumque morantur cōfessi, & contriti, qui per annum vna die in qualibet hebdomada eiusdem anni ieiunauerint, quia non teneantur possint ab omnibus suis peccatis à culpa, & à pæna absolui, per quemcumque Præsbyterū in articulo mortis vero vel præsumpto, & quod semper valeat absolutio huiusmodi quotiens sic fuerit facta, & quod eadem gratia gaudeant plenariè remissione, seu absoluteione vsque ad viginti annos, quicumque fuerint donati, vel seruitores familiares continui cōmensales morientes in seruitio, vel familiaritate monasterij. Gratis si qui tales infra eosdē viginti annos, nō moriētur fiat vt petitur. gratis. Itē quod semel in vita Prior, & fratres dicti monasterij qui viuūt vnanimiter possent ab omnibus suis peccatis à culpa, & à pæna, per quemcumque confessorem deputatis in eodem monasterio, dum tamen absoluantur infra sex menses à tempore notitiæ fiat, vt petitur gratis. Quodque etiam possint dici missæ quotidie in dicto monasterio saltem per vnā horam ante albam, vel auroram, & hoc propter peregrinos, & viatores qui sine missa quandocumque summo mane recedunt, & quoniam ibidem sunt multi Præsbyteri, ne se inuicem impediāt, fiat vt petitur gratis. Item quod fratres laici eiusdem monasterij etiam homicidi, & bigami præsentēs, & futuri possent ad missas dicendas Præsbyteris celebrātibus ministrare, & calices, & vestes sacras tractare etiam superpelliceis lineis induti, fiat vt petitur gratis. Item quod quando in sequenti die est dicendum officium diuinum de feria, ac in vigilia omnium sanctorum possint fratres, post completorium dicere matutinas virginis, & canticum graduū diei sequentis prædicti, vt matutinas dici melius cantando dicant, & spatium sine fatigatione fratrum habeatur competens, ac etiam quod itinerātes fratres possint dicere matutinas sequentis diei post completorium, ac cum de mane eas dixerint possint matutinas Virginis Mariæ post ponere matutinis diei itineris occasione, fiat vt petitur gratis. Item quod nō obstantibus fundatorū institutionibus quinque; cappellaniarū, & conuēncon seu consensū diuersis temporibus eiusdem recipientium, antequam dicta ecclesia in monasterium erigeretur quibus cauetur, quod quotidie quinque; missæ in altari maiori dictæ ecclesiæ, siue monasterij celebrentur, quod nihilominus valeant dici, seu celebrari in alijs altaribus eiusdem monasterij, cum hoc cōmode nullatenus fieri possit præsertim quantum aliæ missæ quam conuēntuales, & etiam votiue peregrinorum, & superuenientium dici debeant quotidie de necessitate in eodem altari, fiat vt petitur gratis. In quorū fidem, & testimonium præmissorū has literas nostri maioris sigilli appensione munitis mandato præfati sanctissimi domini nostri Papæ, viuæ vocis oraculo super hoc nobis facto vobis duximus transmittendas Datum Gallicani Diocæsis Penestrenæ die vicesima quinta mensis Iunij, anno Domini, Millesimo, quadringentesimo, vicesimo quarto, Pontificatus prælibati domini nostri Papæ anno septimo.

B V L L A

ALIA LITERA ALFONSI IN QVA QVÆDAM  
 gratiæ conceduntur, & quæ Rectores possint subdi-  
 tos de casibus referuatis abilitare.

**A**L F O N S V S miseratione diuina, sancti Eustachij Diaconus, sanctæ  
 Romanæ ecclesiæ Cardinalis, administratorque perpetuus ecclesiæ Se-  
 guntinæ, venerabili & religioso viro Lupo de Olmeto, ordinis mona-  
 chorum hæremitarū sancti Hieronymi generali Præposito, cæterisq;  
 Prioribus, monachis, & fratribus, & personis monasteriorum ordinis  
 eiusdem pro tempore existentibus, salutem in Domino, & Apostolicā huiusmodi fi-  
 dem adhibere indultis ad Romanum Pontificem, ac eius Pastorale officium pertinet,  
 circa religionis incrementum, salutemq; cupientium in ea promereri, & virtutum do-  
 mino famulari intendere deligenter. Nuper siquidem sanctissimus in Christo pater,  
 & dominus noster dominus Martinus V. quandam supplicationem nobis suæ beati-  
 tudini, eam porrigentibus de specialis dono gratiæ duxit admittendam pariter, & ad-  
 misit vobisque eam prout in fine ipsius cōtinetur litera manus nostræ subsignari ius-  
 sit, cuius quidem supplicationis tenor, cum eius signatura de verbo ad verbum sequi-  
 tur, & est talis. Dignetur S. V. pro maiori animatione, & inductione ad religionem or-  
 dinis monachorum hæremitarum sancti Hieronymi, sub regula sancti Augustini vi-  
 uentium sub certis statutis, per deuotum Lupum de Olmeto, eiusdem ordinis Præ-  
 positum, & nonnulles fratres alias factis, & per vestram sanctitatem confirmatis, insti-  
 tutam quibuscumque personis eandem religionem, in futurum infra septēnium à da-  
 tis præsentium intrantibus, dictoq; Lupo de gratia speciali cōcedere quatenus atten-  
 to, quod religionem intrantes, iuxta determinationem, non nullorum sanctorum pa-  
 truum remissionem omnium peccatorum suorum consequantur: Et quia intrantes  
 religionem in principio suæ conuersionis sæpe nesciunt bene confiteri possit eorum  
 quilibet, & valeat infra annum à tempore suæ professionis computando, quam di-  
 ctus ordo fieri requirit, per quemcumque Præsbyterum, quem elegerint ab omnibus  
 suis peccatis plenariè à culpa, & à pæna absolui, insuper quod dictus Lupus, & qui Præ-  
 positus, infuturum dicti ordinis fuerint in Priores, monachos, & fratres, atque perso-  
 nas eiusdem ordinis, sibi pro tempore subditos habeat, atque exerceat per se, atque per  
 alios omnimodam pietatem quam habent in quibusuis casibus minores pænitentia-  
 rij in Romana Curia residentes, ac etiam quod posset eos omnes, & eorum quemlibet  
 semel dumtaxat absoluere, abilitare, & cum eis dispensare in casibus Apostolicæ Sedi  
 referuatis ne compellantur extra sua monasteria vagare, ipseq; Præpositus, & qui pro  
 tempore fuerint possint in eisdem casibus in confessorem quemcumque Præsbyterū  
 eligere, & illum mutare ac alium, & alios eligere quotiens velint, qui prædictam in eis  
 habeant pietatem, ac quod huiusmodi gratiæ transeant, sub sigillo domini Cardinalis  
 sancti Eustachij, & per inde valeant perpetuo, ac si bullaræ fuissent constitutionibus,  
 etiam Apostolicis statutis, & consuetudinibus in contrarium editis, non obstantibus  
 qui,

quibuscumque cum clausulis oportunis concessit dominus noster in omnibus ut petitur, octavo Idus Nouembris, Pontificatus sui, anno septimo. Alfonsus Cardinalis sancti Eustachij, in quorum fidem, & testimonium præmissorum has literas nostri maioris sigilli appensione munitas mandato præfati domini nostri Papæ, viuę vocis oraculo super hoc nobis factõ vobis duximus transmittendas. Datis, & concessis loco, die Pontificatus anno ut supra, annoque Domini, Millesimo, quadringentesimo, vicesimo quarto.

✎ ALIA LITERA ALFONSI IN QVA FACULTATEM ✎  
ad quascumque personas ad sepulturam recipiendas præsta tempore,  
& interdicti, nec non ad diuina admittere.



ALFONSVS miseratione diuina, sancti Eustachij Diaconus, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, administratorque perpetuus ecclesiæ Seguntinæ, venerabilibus, & religiosis viris Præposito generali, & Prioribus, monachis, & fratribus, ac conuentus monasteriorum ordinis monachorum hæremitarum sancti Hieronymi pro tempore existentibus. Salutem in Domino, & vestris huiusmodi, imo omnes Apostolicam fidem, adhibere indultis ad Romanum Pontificem, accius Pastorale officium pertinet circa religionis incrementum, salutemque cupientium in ea promereri, & virtutum domino famulari intendere diligenter, nuper sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Martinus Papæ V. quandam supplicationem per nos suæ beatitudini, porrectam pro parte nostra de specialis dono gratiæ, prout in ea continetur duxit concedendam pariter, & concessit eamque in forma, quæ sequitur de vberioris gratia, sub datis Romæ, apud sanctam Mariam Maiorem, decimo Kalendas Decembris, Pontificatus sui anno octauo, sua manu beatissima subsignauit, quorum quidem supplicationes, & signaturæ huiusmodi tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Dignetur S. V. ordini monachorum sancti Hieronymi hæremitarum, & ipsius generali Præposito, Prioribus, monachis, fratribus, monasterijs, & eorum conuentibus pro tempore existentibus de gratia speciali concedere, quatenus in eorum monasterijs, & cimiterijs familiares suos, & oblatos, & quascumque alias personas ecclesiasticas, & sæculares, apud eos sepulturam eligentes possint ad ecclesiasticam sepulturam admittere tempore etiam interdicti, quo tempore ianuis clausis ac interdictis, & excommunicatis exclusis valeant familiares, & oblatos huiusmodi, ac personas quascumque ecclesiasticas tantum ad diuina secum admittere, quoque etiam possint, quia præcipuè exēpti sunt à quocumque Antistite Catholico, quem quilibet dictorum Præpositi, & Priorum elegerit, oleum crisma, & ordines etiam sacros ubique suscipere, ac eorum ecclesias altaria, ac vestes, cruces, calices, & eorum ornamenta, & cimiteria, & cætera quibus indigeant benedici, consecrari, ac erigi facere etiam in eorum monasterijs licentia loci diocæsani, ac alterius cuiuscumque minimè requisita, nullo etiam iure desuper prædictis, seu eorum à quo cuiuscumque sol-


B V L L A

uendo, ac quod huiusmodi gratiæ transeant sub sigillo domini Cardinalis sancti Eustachij, & quod per inde in omnibus, & per omnia valeat perpetuo, ac si bullatę fuissent iuribus, constitutionibus, etiam Apostolicis statutis, & consuetudinibus ecclesiarum, & ordinum quorūcumque, & alijs omnibus in contrarium editis, non obstantibus quibuscumque placeat de omnibus, gratis. In quorum omnium fidem, & testimonium præmissorum præsentibus nostras literas, per eundem sanctissimum dominum nostrum Papam viuæ vocis oraculo nobis facto ex inde fieri, & nostri maioris sigilli iussimus appensione muniri. Datum Romæ, apud sanctos Coronatos, nostræ videlicet habitationis domum die vicesima secunda Nouembris, anno Domini, Millesimo, quadringentesimo, vicesimo quarto, Pontificatus prælibati domini nostri Papæ, anno octauo. In quorum omnium fidem, & testimonium præsentibus literas, siue hoc præsens publicum instrumentum huiusmodi, transumptum in se continentem, seu continens fieri fecimus, & per notarium infra scriptum subscribi, & publicari, sigilli que dictæ Curiæ iussimus appensione communiri. Datis Romæ, in domo nostræ solite habitationis, sub anno Domini, Millesimo, quadringentesimo, trecesimo die, vicesima mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Martini, diuina prouidentia, Papæ V. anno quarto decimo præsentibus ibidem Vellelmo Pardze clerico Traiarenis diocesis, notario clerico domini Alfonsi Segura Decani Hispalensis causarum sacri palatij auditoris, & Bartoldo Lomere clerico Maguntinensis diocesis, ad præmissa vocatis specialiter habitis, & rogatis,



T quia Magister Nicolaus Ioannis Petri de ciuitate Castellus, dictæ Curie notarius de præmissis transumpto interpositus decretor omnibusque alijs præmissis, & singulis rogatus extitit, & in publicam formam redegit, subscripsit, & publicauit, ideo ego Angelus quondam Bartholomei Al. clericus Perusinus, publicus Imperiali, ac dictæ Curie notarius

propter obseruantiam præfati magistri Nicolai, ex commissione mihi facta per venerabilem virum dominum Ludouicum de Garlis, officium auditoratus Curie, causarum Camerae ante dictæ Regentem, vt præmittitur præmissus de dicto originali transumpto extracta, & collionata per me notarium duplicando transumptum, alijs occupatum per alium fidelem clericum scriptum subscripsi, & publicauit, signumque meum apposui consuetum, vna cum appensione dicti sigilli rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium præmissorum. Gratis pro Deo.



ALIA ALFONSI LITERA IN QVA OMNES ROMÆ, & eius circuitui concessæ indulgentiæ ipsi ordini conceduntur.

ALFON;



ALFONSVS miseratione diuina, sancti Eustachij Diaconus, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, administrator perpetuus ecclesiæ Seguntinæ, venerabilibus ac religiosis viris fratri Lupo de Olmeto, Præposito generali ordinis monachorum hæremitarū sancti Hieronymi, ac Priori monasterij sanctorum Bonifacij, & Alexij vrbs Romæ in monte Aduentino, & ipsius monasterij, monachis, & fratribus, salutem in Domino, & Apostolicis huiusmodi fidem adhibere indultis, ad Romanum Pontificem, ac eius Pastorale officium pertinet, circa religionis incrementum, salutemq; cupientium in ea promereri, & virtutum domino famulari intendere deligenter. Nuper siquidem sanctissimus in Christo pater, & dominus noster Papa Martinus V. quandam supplicationem vestram suæ beatitudini, vestra ex parte porrectam, prout in eadem continetur, de specialis dono gratiæ duxit admittendam pariter, & admisit eamque in forma, quæ sequitur de vberiori gratia sua manu beatissima subsignauit, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Dignetur S.V. per literas sub sigillo reuerendissimi domini Alfonsi Cardinalis sancti Eustachij, Priori, monachis, & fratribus, & personis monasterij sancti Alexij Romæ, ordinis monachorum hæremitarū sancti Hieronymi, pro tempore existentibus auctoritate Apostolica, & de vestra certa scientia, & liberalitate misericorditer in perpetuum concedere omnes, & tot indulgentias per Romanos Pontifices, in omnibus, & singulis ecclesijs Romæ, & in eius circuitu, & sub vrribus, & earū stationibus eas digne personaliter visitantibus omnibus, & singulis diebus, & annis cōcessas, & concedendas ac si ipsi, & eorum quilibet ecclesias, & stationes huiusmodi personaliter visitassent quandiu tamen in eorum debita obseruantia, & inclusiue iuxta eorum statuta designata viuant, attento per sancte quod eorum inclusio, quæ maximi est meriti vtraque auctoritate Apostolica approbata, esset, eis nimium damnosa, & præiudicialis, quod Romæ existentes, tanto beneficio indulgentiarum priuarentur quo gaudent, seu gaudere possent cæteri homines masculi, & fæminæ, paruuli, & senes, & religiosi omnes aliorum monasteriorum Romæ, & præterea nisi huiusmodi communi gaudeant indulgentiarum beneficio, non defacili reperirentur monachi, qui in dicto habitent monasterio, aut dicta inclusio rumperetur, & per consequens obseruantia non debita teneretur: iuribus & constitutionibus, etiam Apostolicis statutis consuetudinibus etiam ecclesiarum prædictarum, & omnibus alijs cōtrarijs non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis, ac quod teneantur Psalmos, seu orationes Dominicæ, quos Prior eisdem in communi, seu particulari propterea designauerit placet pro monachis, & nouitijs, gratis. In quorum fidem, & testimonium præmissorum has literas nostri maioris sigilli appensione munitas mandato præfati sanctissimi domini nostræ Papæ, viuæ vocis oraculo super hoc nobis facto, vobis duximus transmittendas. Datis & concessis Romæ, apud sanctos quatuor Coronatos, domum nostræ habitationis decimo tertio Kalendas Martij, anno Domini, Milleesimo, quadringentesimo, vicesimo octauo, Pontificatus prælibati domini nostri Papæ, anno vndecimo.

**BVLLA NICOLAI PAPÆ IN QVA FIT MENTIO**  
 cōfirmationis ipsius, & approbationis Martini, super gratiosam Euge-  
 nij, & causas ac literas iam exortas extinguit, & quæ moueri  
 possunt inter Archiepiscopum, & Canonicos de  
 Villar Sedi Apostolicæ aduocat.



**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad fu-  
 turam rei memoriam, & si ex debito sollicitudinis Pa-  
 storalis, quibuslibet religiosis personis esse nos deceat  
 in suis opportunitatibus fauorabiles, & benignos, eccle-  
 siasticas tamen personas, quæ mundanis abiectis illæ-  
 cebris in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum exhi-  
 bent altissimo famulatum affectuosiori studio confoue-  
 re, ac propensioribus fauoribus prosequi tenemur: vt in  
 eorum pio ac laudabili proposito, nihil ipsos impediât  
 nil perturbet, sed nostræ sollicitudinis studio semotis ab

eis quibusuis litigiorum anfractibus in pacis, & quietis dulcedine gratum pendere  
 valeant altissimo famulatum, dudum si quidem sælicis recordationis Eugenius Papa  
 III. prædecessor noster ad venerabilis fratris nostri Ioannis Episcopi Visensis, ac dile-  
 ctorum filiorum Ioannis Roderici, & nonnullorum aliorum Præbyterorum cleri-  
 corum in communi, seu obseruantia regulari in ecclesia sancti Saluatoris de Villar,  
 defrades Bracharësis diocæsis, viuentium supplicationem ordinis sancti Benedicti, &  
 Abbatialis dignitatis in ipsa ecclesia, olim monasterio eiusdem ordinis suppressione,  
 extinctionem, ac ipsius monasterij in sæculare beneficium institutionem, & erectio-  
 nem, nec non vnionem, annexionem, & incorporationem, de parrochiali ecclesia san-  
 cti Saluatoris de Varzea, præfate diocæsis, eidem ecclesiæ sancti Saluatoris de Villar,  
 ac de illa præfate Ioanni Episcopo, tunc Rectori parrochialis ecclesiæ sancti Iacobi  
 de Tremis, Vlixbonensis diocæsis, collationem, & prouisionem per venerabilem fra-  
 trem nostrum Archiepiscopum Bracharensem ordinaria autoritate factas, processum  
 quoque confirmationis, præmissorum vigore quarundam literarum piæ memoriæ  
 Martini Papæ V. similiter prædecessoris nostri, per quas idem prædecessor huiusmo-  
 di præmissa sub certis modo, & forma confirmari mandauit habitum, ac omnia, & sin-  
 gula in eis contenta, & inde secuta cum suppletionem defectuum approbavit, & confir-  
 mauit, nec non ipsis Præbyteris, & clericis vt ipsi & in prædicta ecclesia sancti Salua-  
 toris, ac quacumque alia, sub eorum obseruantia ad eos tunc pertineret, vel in futurum,  
 per eos, & ipsorum successores adipisci, seu eorum societati coniungi contingeret, Prio-  
 res eorum ad nutum, ac etiam constitutiones, statuta, & ordinationes iusta, & rationa-  
 bilia præsertim eorum tranquillum statum, & animarum salutem concernentia libe-  
 re, & licite facere valerent concessit, quodque ipsi, & eorum successores omnibus, &  
 singulis priuilegijs, exëptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis,  
 & gra-

& gratijs. Dilectis filijs Reçtori, monasterij, & Canonicorum, congregationis Canonicorum sancti Georgij de Venetijs Castellanus diocæsis, ac Præposito, & ordini Monachorum ordinis sancti Hieronymi, à Sede Apostolica, vel alias rite ingenere, vel in specie ipsorum quæ ecclesijs, & locis quouis modo concessis vti, & gaudere, libere, & licitè valerent, ac si illa omnia, & singula eis concessa fuissent per quosdam indulgit, & de inde pro parte eorundem Præsbyterorum, & clericorum dicto Eugenio prædecessori inter cetera expedito: quod venerabilis frater noster Fernadus Archiepiscopus Bracharensis, tam circa modum viuendi, quàm alias nonnulla ordinationes, & statuta, seu compositionem fecerat, ipsique Præsbyteri, & clerici illa admittentes ea adimplere promiserant: quodque dictus Archiepiscopus inter alia eisdem Præsbyteris & clericis, licet ex concessionibus ante dictis exempti forent, tamen tam ratione cuiusdam decimæ per ipsum Archiepiscopum, tunc impositæ collectas, seu talis huiusmodi ab eisdem exigendo: & ne ad ipsorum generale Capitulum irent, ac iuxta mores, & instituta Canonicorum sancti Georgij in Allega prædictorum, viuerent inhi-

*puta* bendo: quam alias nonnulla grauamina tunc expressa eis inferre præsumperat, dictus Eugenus prædecessor de præmissis plenissimè informatus, ac charissimè in Christo filix nostræ Elisabeth Reginæ Portugaliæ, supplicationibus inclinatus autoritate Apostolica, & ex certa scientia appellationis, & negotij principalis, tunc coram bonæ memoriæ Baptista Episcopo, tunc electo Theatino, ac omnes, & singulas alias causas inter Archiepiscopum, & dilectum filium Ioannem de Abreu, Archidiaconum de Couto in ecclesia Bracharensi, ac Præsbyteros & clericos, ac alios prædictos indecisas pendentes ad se aduocauit, & illas ac lites huiusmodi extinxit: quodque suppressio, extinctio, & nonnulla alia tunc expressa valerent, plenamque roboris firmitatem obtinerent decreuit: ac omnia & singula statuta, & ordinationes per Archiepiscopum facta prædicta in quantum moribus, institutis, consuetudinibus, priuilegijs, congregationis sancti Georgij in Allega antèdictis obuiarent, seu in aliquo ipsorum effectu retardare, seu impediri possent, reuocans, cassans, & annullans iuramenta quoque per ipsos Præsbyteros, & clericos dictæ congregationis præstita de obseruandis statutis, & ordinationibus per Archiepiscopum, factis prædictis pænitus relaxans, & ipsos à reatu per iurij absoluens, ac super irregularitate dispensans, statuit & ordinauit ipsisque præsentibus, & futuris Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar concessit, quod moribus, institutis, consuetudinibus, & priuilegijs congregationis sancti Georgij, huiusmodi se conformare, & iuxta illa viuere, & circa modum eorum viuendi statuta, consuetudines quotiens eis videretur edere, condere, mutare, illisque addere, ac ipsorum congregationis Canonicorum sancti Georgij, habitum gestare, nec non ipsi, & de Villar prædictum, ac omnia alia, & singula, ecclesiæ, monasteria, atque loca, quæ ipsi Canonici congregationis sancti Saluatoris de Villar, tunc Canonice possidebant, & in posterum dante domino Canonice assequerentur, ac possiderent omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs indulgitis, & gratijs præfatis Canonicis, congregationis Canonicorum sancti Georgij in Allega, per ipsum

*puta*

ipsum Eugenium prædecessorem, vel dictam Sedem sub quibusvis verborum formis concessis, & in posterum concedendis quæcumque quotcumque, & qualiacumque essent vti, & gaudere possent, & valerent in omnibus, & per omnia, ac si illa suis literis de verbo ad verbum inserta, ipsiusque Canonicis congregationis sancti Saluatoris de Villar concessa forent, & insuper licet dicti Canonici congregationis sancti Saluatoris, iuxta priuilegia Canonicis congregationis sancti Georgij, quibus vt præferret eos posse vti concesserat ab Archiepiscopi, & Archidiaconi prædictorū, nec non quorumcumque aliorum ordinariorū iurisdictione dominio, & potestate exempti essent, & vt tales censerentur, quia tamen tam quod specialiter, quàm quod generaliter statuitur attentius obseruari consueuerat eosdem Canonicos congregationis sancti Saluatoris præsentis, & futuros illorumque ecclesias monasteria, atque loca, quæ possidebant, & in posterum possiderent, cum omnibus iuribus pertinentijs, & rebus atque bonis mobilibus, & immobilibus ad illos tunc, vel etiam in futurum quomolibet pertinentibus ab omnibus iurisdictione dominio, & potestate dicti Fernandi Archiepiscopi, quandiu ecclesiæ Bracharensis præfesset, nec non Archidiaconi præfati, eorumque officialium pænitus, & omnino exemit, & totaliter liberauit, nec non sub beati Petri, & Sedis eiusdem protectione suscepit, atque sua decernens ipsos dictæ Sedi immediate subiacere. Ita quod Fernandus Archiepiscopus, Archidiaconus, & officiales prædicti etiam ratione delicti contractus, aut rei de qua ageretur, vbicumque committeretur delictum fieret contractus, vel res ipsa consisteret, nullam in Canonicos congregationis sancti Saluatoris, illorumque ecclesias monasteria, & loca res, & bona præfata, vt pote prorsus exemptos, & exempta possent autoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, sententias promulgare, siue potestatem, correctionem, visitationem, aut iurisdictionem aliquam, seu quoduis dominium exercere, sed dumtaxat Canonici congregationis sancti Saluatoris, huiusmodi in singulis causis, & negotijs eos pro tempore contingentibus coram dicta Sede, vel eius delegatis de ipsis querelantibus quibuslibet tenerentur de iustitia respondere: ac decernentes ex tunc omnes, & singulos processus, nec non excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque sententias censuras ecclesiasticas, atque pœnas, quos seu quas haberi, ac promulgari, nec non totum id, & quidquid fieri contingeret per Fernandum Archiepiscopum, Archidiaconum, & officiales prædictos, & quoslibet alios, etiam autoritate quacumque contra huiusmodi exemptionis, libertatis, & constitutionis tenorem atque formam, nulliusque subsistere robore firmitatis, & insuper vt quæcumque per quæ huiusmodi literarum effectus, seu executio retardari, vel impediri quomodolibet posset, tolleretur materia affectuum, seu executionum huiusmodi cuiuscumque exceptionis, etiam surreptionis, vel nullitatis proponendæ, vel appellationis interponendæ, vel alterius quæsitæ coloris prætextu, seu occasione directe, vel indirecte per Fernandum Archiepiscopum, & Ioannem Archidiaconum prædictos, aut quemuis alium retardari, seu quomodolibet impediri nullatenus posse dictis autoritate, & scientia decreuit, & deinde nos qui dicto prædecessori, sicut domino placuit sublato de medio diuina fa-

nente

uente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti fuimus cupientes, ut omni-  
 modus ipsarum posteriorum literarum succederet effectus, dilectis filijs beatæ Ma-  
 riæ de Alcobatia, & eiusdem beatæ Mariæ de Salzeda, monasteriorum Abbatibus, ac  
 Priori sæcularis, & collegiatę ecclesię sanctæ Mariæ Vimaransenis, Vlixbonensis, La-  
 macensis, Bracharensis diocæsis, alijs nostris literis dedimus in mandatis quatenus ipsi;  
 vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios literas prædictas ac omnia, & sin-  
 gula in eis contenta vbi, & quando expedire viderent eadem autoritate solemniter pu-  
 blicantes, ac eisdem Rectori, & Canonicis in præmissis oportuni fauoris præsidio as-  
 sistentes non permitterent aliquem ex eis, quominus idem sibi proueniret effectus,  
 à quoquam in debite molestari, vel quomodolibet impediti, prout in singulis literis  
 prædictis plenius continetur. Cum autem sicut nuper accepimus, licet præfati Cano-  
 nici congregationis sancti Saluatoris, posterioribus eis, & præsertim per nos cõcelsis  
 literis publicatis, iuxta ipsarum literarum continentiam, arque formam secundum  
 mores, & instituta prædictæ congregationis sancti Georgij, in eorum monasterijs, &  
 ecclesijs per aliquos menses laudabiliter, & pacifice vixerint, prout & adhuclaudabili-  
 ter viuunt, credaturque literas eis concessas prædictas valere, ac de surreptionis vitio  
 impugnari nõ posse, tamen præfatus Fernandus Archiepiscopus nescitur, quo ductus  
 spiritu querens, ut verisimiliter creditur, ipsos Canonicos congregationis sancti Salua-  
 toris, ab eorum laudabili, & sancto, seu religioso viuendi proposito, ut sic illos litium  
 dispendijs, ac laboribus fatigaret, & expensis, ipsique sic fatigati non valentes cum eo-  
 dem Archiepiscopo litigare statutis, & ordinationibus per ipsum Archiepiscopum fa-  
 ctis, & per eundem Eugenium prædecessorem reuocatis prædictis acquiescerent, &  
 illa obseruarent, nec non in omnibus eiusdem Archiepiscopi voluntatibus obseque-  
 rentur, & satisfacerent. Causam, & causas quam, & quas se velle mouere contra Prio-  
 rem, & Canonicos congregationis sancti Saluatoris, huiusmodi desuper dicta compo-  
 sitione, ac quondam exemptionis priuilegio per eosdem Canonicos surreptitie, ut di-  
 cebat impetrato. Dilecto filio magistro Ioanni Iosso capellano nostro, ac causarum  
 Palatij Apostolici auditori, audienda per nos committi, & per dictum auditorem ci-  
 tationem contra eosdem Canonicos sancti Saluatoris decerni, & in causa huiusmodi  
 ad aliquos actus procedi obrinuit, ac dictis Canonicis congregationis sancti Saluato-  
 ris, quorum duo videlicet dilecti filij Ioannes de Arruda, & Fernandus Pombeiro  
 Præsbyteri sui, & aliorum congregationis sancti Saluatoris, nomine ad Romanam  
 Curiam, pro huiusmodi persequenda lite personaliter accesserunt plurimum graue,  
 & difficile sit cum præfato Archiepiscopo super præmissis litigare. Nos attendentes  
 quod Canonici congregationis sancti Saluatoris, huiusmodi sic etiam plurimorum  
 fide dignorum, & præsertim charissimi in Christo, filij nostri Alfonsi Regis, & cha-  
 rissimæ in Christo filię Elisabeth Reginæ Portugalix illustrium, ac præfatos Cano-  
 nicos congregationis sancti Saluatoris, nobis affectuosissimè commendantium infi-  
 nuatione percepimus, & sumus plenissimè informati in vitæ continentia, & sancti-  
 monia, alijsque pluribus, & diuersis virtutibus, nec non fructuosis operibus in dies  
 multi

B V L L A

multiplicant, ac fidelibus partium in quibus moram trahunt, castitatis, humilitatis, & multiplicis virtutis exemplum se præstant, & ut ipsi Canonici congregationis sancti Saluatoris, huiusmodi præsentibus, & futuri eo liberius, & feruentius dictis operibus, & virtutibus insistant, quo se eorumque ecclesias, & loca sublatis ab eis quibusuis litigiorum dissensionumque materijs in pacis, & quietis dulcedine, per nos confoueri conspexerint omnium, & singulorum literarum tenores de verbo ad verbum, ac causarum prædictarum status præsentibus pro expressis habentes, ipsasque causas ad nos haurum serie aduocantes, & illas ac lites huiusmodi pænitus extinguentes motu proprio, non ad ipsorum Canoniconum congregationis sancti Saluatoris, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia omnes, & singulas literas prædictas nullo surreptionis, vel orreptionis, aut nullitatis vitio per Archiepiscopum, & Archidiaconum præfatos, seu quoscumque alios nullatenus impugnari, aut earum effectus impediri posse, nec dictos Canonicos congregationis sancti Saluatoris, huiusmodi præsentibus, & futuros, vel aliquos ex eis quarumuis etiam spiritualium comissionum, vel literarum per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, aut Sedis prædictæ, vel alia quauis autoritate concessarum, seu in posterum concedendarum in dicta Curia, vel extra eam super præmissis, vel eorum occasione ad iudicium euocari, aut contra eos procedi possit quoquomodo, nisi in ipsis concedendis, seu faciendis comissionibus, vel literis etiam Apostolicis, de super conficiendis de præsentibus de verbo ad verbum eorumque datis, & decreto huiusmodi specialis specifica, & expressa non ante per generales, seu alias expressam mentionem importantes clausulas mentio fiat decernimus, ipsisque Præbyteris clericis, ac Canonicis congregationis sancti Saluatoris concedimus, & indulgemus, nec non Archiepiscopo, & Archidiacono prædictis super præmissis, & quolibet præmissorum perpetuum silentium imponimus, mandantes nihilominus Abbatibus, & Priori prædictis quatinus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios eisdem Canonicis congregationis sancti Saluatoris, in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes quotiens pro parte dictorum Canoniconum congregationis sancti Saluatoris, vel alicuius eorum de super fuerint requisiti, seu eorum aliquis fuerit requisitus non permittant eosdem Canonicos congregationis sancti Saluatoris, vel aliquos eorum per Archiepiscopum, & Archidiaconum prædictos, seu quoscumque alios super præmissis, vel eorum occasionem quomodolibet molestari vexari, vel etiam perturbari, vexatores, molestatores, & perturbatores prædictos, ac quoscumque alios contradictores, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione post posita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, quibus cauetur ne quis extra suam ciuitatem, & diocæsiam, nisi incertis exceptis casibus, & in illis ultra vnã dietam à fine suæ diocæsiam ad iudicium euocetur, seu ne iudicis à Sede prædicta deputati extra ciuitatem, & diocæsiam, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, seu alij, vel alij vicens suas committere præsumant dummodo

dummodo ultra duas dietas quis auctoritate presentium non trahatur, seu quod de alijs quam de manifestis iniurijs, & violentijs, & alijs quæ iudicalem requirunt indignem in eos si secus egerint, & in id procurantes abiectis pænis se nullatenus intromittant, quam alijs quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quam personis ultra certum numerum non vocandis ad iudicium, aut alijs æditis, quæ in ipsorum Abbatum, & Prioris possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Seu si Archiepiscopo, & Archidiacono præfatis, vel quibusuis alijs cõmuniter, vel diuisim à prædicta sit Sede indultum quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem & qualibet alia dictæ Sedis indulgètiæ generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus presentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ aduocationis, extinctionis, concessionis, constitutionis, impositionis mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quinquegesimo primo Kalendarum Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

**ALIA BVLLA IPSIVS NICOLAI IN QVA ABBA.**    
tem beatæ Mariæ de Serzedà, & sancti Vicentij de fora, atque sanctæ Mariæ Vimarinenfis Priores, conseruatores, ac protectores huius congregationis constituit.



**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorū Dei. Dilectis filijs beatæ Mariæ de Salzedà Lamacensis diocæsis, & sancti Vicentij de fora, per Priorem soliti gubernari Vlixbonensis monasteriorum, ac sæcularis, & collegiatę ecclesiæ sanctæ Mariæ Vimeranensis, Bracharæsis diocæsis Prioribus salutem, & Apostolicam benedictionem, ex iniuncto nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio singularum ecclesiarum studio piæ vitæ domino famulantium personarum votis per quæ ipsarum statui salubri, & incomodis valeat prouideri libenter annuimus, eaqne fauoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem fælisis recordationis Eugenius Papæ prædecessor noster litteras concessit tenoris subsequenti. Eugenius Episcopus seruus seruorū Dei. Venerabili fratri Archiepiscopo Compostelanensi,

& dilectis filijs Abbati sanctæ Mariæ de Alcobatia, Vlixbonési diocæsis, ac Priori sanctæ Crucis Colimbriési per Prioré soliti gubernari monasteriorû. Salulem, & Apostolicâ benedictione militanti ecclesiæ, licet immeriti disponere dño præsidentes circa curâ ecclesiarû, & monasteriorû omniû solertia reddim̄ indefessa solliciti, vt iuxta debitû Pastoralis officij eorum occurramus dispendijs, & profectibus diuina cooperante clementia salubriter intédamus. Sane dilectorû filiorû vniuersorû Canoniorû sæculariû congregationis Canoniorû sancti Saluatoris de Villar defrades Bracharésis diocæsis, nûcupatorû conuestione percepimus quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijq; ecclesiarum prælati, & clerici, ac ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quàm sæculares, nec non Duces, Marchiones, comites, barones, nobiles, milites, & laici cõmunia ciuitatum, vniuersitates, opidorum, Castrorû, villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares personæ ciuitatum, & diocæsis, & aliarû partium diuersarum occuparunt, & occupari fecerûnt Castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, iurisdictiones, nec non fructus, census, redditus, prouentus, sancti Saluatoris de Villar defrades, præfatæ diocæsis aliarumq; ecclesiarum monasteriorû, & locorû ipsorum, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia spiritualia, & temporalia ad Canonicos, ecclesias, monasteria, & loca præfata spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstent auxilium, consilium, vel fauorem, nonnulli etiam ciuitatum, & diocæsis, ac partium prædictarum, qui nomen domini inuacuum recipere nõ formidant eisdem Canonicis super prædictis Castris, villis, & locis alijs terris, domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus eorûdem, & quibuscumq; alijs bonis mobilibus, & immobilibus spiritualibus, & tẽporalibus, & alijs rebus ad eosdem Canonicos, ac ecclesias monasteria, & loca spectantibus multiples molestias, & iniurias iæferunt, & iacturas. Quare dicti Canonici nobis humiliter supplicarunt, vt cum eisdem valde redatur difficile pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem Canonicis remedio subuenire per quod ipsorum compescatur temeritas, & alijs aditus committendi similia præcludatur discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios etiam si sint extra loca in quibus deputati estis conseruatores, & iudices præfatis Canonicis efficacis defensionis præsidio assistants, nõ permittatis eosdem super ijs, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus ad Canonicos, & ecclesias, monasteria atq; loca prædictos spectantibus ab eisdem, vel quibuslibet alijs indebite molestari, vel eis grauamina, aut damna, seu iniurias irrogari facturi dictis Canonicis cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutione huiusmodi Castrorum, villarum, terrarum, & alios locorum, iurisdictionum, iuriû, & bonorum mobiliû, & immobilium, reddituum quoq; & prouentuû, ac aliorum quorûcumq; bonorû, nec nõ de quibuslibet molestijs, iniurijs, ac dânis præsentibus, & futuris, in illis videlicet que iudicialẽ requirûnt indaginé sũmarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in illis vero

prouc

prout qualitas eorū exegerit iustitiæ complementū, occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec non cōtradiētores quoslibet & rebeles cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quādocūque, & quotiescumq; expedierit autoritate nostra per censurā ecclesiasticā appellatione post posita cōpescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstantibus tam fælicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prædecessoris nostri in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatē, & diocæsīm, nisi incertis exceptis casibus, & in illis ultra vnā dietam à fine suæ diocæsīs ad iudiciū euocetur, seu ne iudices & conseruatores à Sede deputati prædicta extra ciuitatem, & diocæsīm in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere, siue alij, vel alijs vices suas cōmittere, aut alij quos ultra vnā dietam à fine diocæsīs, earundem trahere præsumant, dummodo ultra duas dietas aliquis autoritate præsentium non trahatur, seu quod de alijs quā de manifestis iniurijs, & violentijs, & alijs quæ iudicialē requirunt indaginem pænis in eos si secus egerint, & in id procurantes à dictis cōseruatores nullatenus se intromittant quā alijs constitutionibus quibuscumq; à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tã de iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quàm personis ultra certū numerum ad iudiciū non vocādis, aut alijs æditis quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, aut si aliquibus cōmuniter, vel diuisim à prædicta sit Sede indultū quod excōmunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iudiciū euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi, & de eorum personis locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionē, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumq; tenoris existat per quā præsentibus non expressam, vel totaliter nō insertā vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusq; toto tenore de verbo ad verbū habenda sit in nostris literis mentio specialis. Cæterū volumus, & autoritate Apostolica decernimus quod quilibet vestrū prosequi valeat articulū etiam per aliū inchoatū quāuis idē alius nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus: quodq; à datis præsentium sit vobis & vnicuiq; vestrū in præmissis omnibus, & eorū singulis cæptis, & nō cæptis, præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdictionis attributa, vt eo vigore, eaq; firmitate possitis in præmissis omnibus cæptis, & nō cæptis præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula corā vobis cæpta fuissent, & iurisdictionis vestra, & cuiuslibet vestrā in prædictis omnibus, & singulis per citationē, vel modū alium legitimū perpetuata extitisset cōstitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrariū ædita non obstante, præsentibus, perpetuis, futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, tertio Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto decimo. Cū autem sicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Ioannis Episcopi Visensis, ac dilecti filij Rectoris eiusdē congregationis, & dictorum Canonorum petitio continebat, in Regno Portugaliæ

B V L L A

hospitale sanctorum Pauli, Clementis, & Eligij, Vlixbonensis, & domus sancti Georgij de Reciam Lamacensis diocæsis, ac oratoriū de Alentexo, alias sancti Ioannis Euangelistæ Vlixbonensis diocæsis, quorū Canonici vna cum Canonicis dictæ domus de Villar defrades Capitulum generale congregationis huiusmodi faciunt, & nonnulla alia hospitalis domorū, & oratorij prædictorum loca, & membra fore noscetur, ipsiq; Canonici plura alia similia loca, & membra successu temporis fundare, & conquirere sperent ad quæ dictæ literæ nullatenus extendi videntur, & sicut eadem petitio subiungebat pro eo quod ciuitas Compostelanēsis, & beatæ Mariæ de Alcobatia Vlixbonensis diocæsis, ac sancti Crucis Colimbriēsis monasteria huiusmodi, in quibus Archiepiscopus, & Abbas, ac Prior præfati, qui etiam indictis literis iudices, & conseruatores deputati sunt residere solent à dicta domo de Villar defrades, distare noscantur eisdem Canonicis plerumq; reddit-difficile pro singulis querelis ad ipsos iudices, siue conseruatores habere recursum pro parte ipsorum Episcopi Rectoris, & Canonico- rum nobis fuit humiliter supplicatum, vt ipsis Canonicis super ijs oportune prouidere de benignitate Apostolica dignemur. Nos itaq; dictorum Canonico- rum indēnitati- bus super ijs per amplius cōsulere cupientes huiusmodi supplicationibus inclinati lite- ras prædictas, ac omnia in eis contenta ad hospitale domus sancti Georgij, & oratoriū aliaq; eorū loca, & membra fundata, ac etiā fundanda, & cōquirenda tenore præsentiu extendentes discretionis vestræ per Apostolica scripta mādamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrū per vos, vel aliū, seu alios ad omnimodam executionē tam prædictarū, quā præsentiu literarū autoritate nostra procedatis in omnibus, & per omnia iuxta earū contentiā, atq; formā nō obstantibus omnibus supradictis. Datū Romæ, apud sanctū Petrū, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadra- gesimo, septimo tertio, decimo Kalendas Februarij Pontificatus nostri anno primo.

**BULLA LEONIS PAPÆ ORDINI SANCTI HIERO-**  
 nymi, & per consequens huic nostro concessa in qua deputantur iudices, &  
 conseruatores cuius Priores, & fratres ac familiares eorū illis dum-  
 taxat, & nullis alijs in iustitia respondere teneantur.



**L**ORGE Rodriguez Licéceado em Canones, Proto-  
 notario da sancta See Apostolica, Desembargador &  
 Vigairo gèral no Arçebispado de Lisboa, pollo illu-  
 strissimo & muito excellēte Príncipe senhor o senhor  
 dom Afonso, per merce de Deos, Cardeal da sancta  
 Igreja de Roma, do titulo de sam Ioão & sam Paulo,  
 Infante de Portugal, Arçebispo de Lisboa, governa-  
 dor do Bispado Deuora, & mosteiro de Alcobça, &c.  
 A quātos esta minha carta testemunhauel com o tres-  
 lado de hũa Bulla & letra conseruatoria Apostolica vi

rem. Saude em Iesu Christo nosso Senhor. Faço saber, que per ante mim em a Cidade de Lisboa, em minhas pousadas pareceo o reuerendo padre Bernardo de Christo os Vicerrector do mosteiro de sancto Eloy, situado na dita Cidade, da ordem de sam loão Euangelista: & ben assi o padre Sebastião de sancta Maria, padre do dito mosteiro & ordem, & per elles por parte do dito mosteiro me foi aprezentada hũa Bulla & letra conseruatoria, concedida aos mosteiros da ordem de sam Hieronymo em estes reinos & senhorios de Portugal, escripta em purgaminho com suas assignaturas, sellada com hum sello de chumbo, em que erão esculpidos os bultos dos beinauenturados sam Pedro & sam Paulo, per corda de canamo branco impendente, saã sem vicio borrado respançado, nem entre linhado que duuida fizesse, antes carecentes de todo vicio, & sospeição, segundo per ella parecia: da qual bulla conseruatoria o treslado de verbo a verbo he o seguinte.

**E** O Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, & personis indignitate ecclesiastica, nec non cathedralium ecclesiarum Canonicis vbilibet constitutis, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarijs in spiritualibus generalibus. Salutem, & Apostolicam benedictionem, militanti ecclesiæ licet immeriti disporente domino præsidentes circa curam ecclesiarum, & monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, vt iuxta debitum Pastoralis officij, eorum occuramus dispèdijs, & profectibus diuina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum vniuersorum Priorum, & fratuum, ac aliarum personarum monasteriorum, seu domorum ordinis sancti Hieronymi Regni Portugalię, cõqueſtione percepimus, quod nõnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijq; ecclesiarum prælati, & clerici, ac ecclesiasticę personę tam religiosę, quã sæculares, nec nõ Duces, Marchiones, cõmites, barones nobiles, milites, & laici, cõmunia ciuitatum, vniuersitates opidorum, Caſtrorum, villarum, & aliorum locorum: & alię singulares personę ciuitatum, & diocesis, & aliarum partium diuersarum occuparunt, & occupari fecerunt castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones, nec non fructus, census, redditus, & prouentus, etiã decimales ac priuilegia, indulta cõcessionibus, & gratias: ac alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & tẽporalia: ad Priores fratres, familiares, seruitores, vasallos, colonos, & alias personas dictorum, monasteriorum, seu domorum spectantia, & ea detinent indebite occupata: seu ea detinentibus præstant auxiliũ, consilium, & fauorẽ: nõnulli etiam ciuitatum, & diocesis, ac partium prædictarum, qui nomen dñi in vacuum recipere non formidant: eisdem Prioribus, fratribus, familiaribus, seruatoribus, vassallis, colonis, & alijs personis super prædictis Caſtris, villis & locis, alijs terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus, etiam decimalibus, ac priuilegijs, indultis, concessionibus, & gratijs eorundem, & quibuscumq; alijs bonis mobilibus, & immobilibus spiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eosdem domos, Priores, fratres, familiares,

seruitores, vassallos, colonos, & alias personas, ac eorū singulis spectantibus multiplices inferunt molestias, iniurias, & iacturas. Quare Priores, & fratres, ac alij prædicti nobis fecerunt humiliter supplicari, vt cum eisdem reddatur valde difficile pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem Prioribus, fratribus, familiaribus, seruatoribus, vassallis, colonis, & alijs personis monasteriorū, seu domorum huiusmodi remedio subuenire per quod illorū compescatur temeritas, & alijs aditus cōmittēdi similia præcludatur: discretioni vestræ per Apostolica scripta mādamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati statis conseruatores, & iudices, præfatis Prioribus, fratribus, familiaribus, seruatoribus, vassallis, colonis, & alijs personis monasteriorū, seu domorum efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eos, vel eorum aliquem super ijs, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus ad domos, Priores, fratres, familiares, seruitores, vassallos, colonos, & alias personas huiusmodi spectantibus ab eisdem, vel quibusuis alijs in debite molestari, vel eis grauamina, seu dāna, vel iniurias irrogari, facturi, dictis Prioribus, fratribus, familiaribus, seruatoribus, vassallis, colonis, & alijs psonis cū ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorū aliquo fueritis requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutionem huiusmodi Castrorū, villarum, terrarū, domorum, & aliorum locorū, iurisdictionum, iuriū, & bonorum, reddituū quoq; & prouentuū etiā decimalium priuilegiorū indultorum concessionū, & gratiarum, & aliorum quorumcumq; bonorum mobilium, & immobilium, nec non de quibuslibet molestijs, iniurijs, atq; damnis præsentibus, & futuris in illis videlicet, quæ iudicalem requirunt indaginem summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout qualitas eorum exegerit iustitiæ complementum, occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quandocumq; & quotienscumq; expedierit, autoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione post posita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, & nihilominus legitimis per vos super ijs habendis seruatis processibus contra eos quos censuras, & pænas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, illas quotiens opus fuerit iteratis vicibus agrauare curetis. Cæterū si per summariam informationem super ijs per vos habendam etiam vobis constiterit, quod ad loca in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, & alios quos præsentis literæ cōcernūt pro tēpore morari cōtigerit pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciēdis tutus non pateat accessus vobis, & cuilibet vestrū citationes, & monitiones quaslibet etiā per edicta publica locis affixenda publicis, & partibus illis vicinis de quibus sit verisimilis coniectura quod ad citandorū, & monendorū huiusmodi notitiam peruenire valeant, faciendi plenā, & liberā tenore præsentiu concedimus facultatem ac volumus, & præfata autoritate decernimus

mus quod monitiones, & citationes huiusmodi sic factæ perinde ipsos citatos, & monitos aretent ac si eis personaliter insinuata, & intinuatę extitissent, quodque Priores, fratres, familiares, seruitores, vassali, coloni, & aliæ personæ prædictorum monasteriorum, seu domorum, coram vobis dumtaxat, & nullis alijs de se querelantibus teneantur in iustitia respondere, nec coram alijs etiam quouis literarum Apostolicarum protextu trahi possint inuiti contra eos pro tempore, habiti processus, & sententiæ late cum inde secutis nullius sint roboris, vel momenti habeanturque pænitus pro infectis non obstantibus tam felicitis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri quibus cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem, & diocęsim, nisi incertis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diocęsis ad iudicium euocetur, seu ne iudices, & conseruatores à Sede deputati prædicta extra ciuitatem, & diocęsim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, seu alij, vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diocęsis eorundem trahere præsumant, & de duabus dietis in consilio generali ædita, dummodo vltra tres dietas aliquis autoritate præsentium non trahatur, seu quod de alijs quam de manifestis iniurijs, & violentijs, & alijs quæ iudicalem requirunt indaginem pænis in eos si secus egerint, & in id procurantes a diectis conseruatores se nullatenus intromittant. Quodque vos filij Canonici, & vicarij de personis non estis, quæ in conseruatores deputari possint, quam alijs quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quàm personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis; aut alijs alias ædictis, quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, & alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus cõsilijs ædictis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non statutis, & consuetudinibus iuramento, & confirmatione Apostolica roboratis: etiam de non exequendis mandatis, seu literis Apostolicis, nisi prius fuerint per locorum ordinarios sub scripta: priuilegijs quoque; & indultis, ac literis Apostolicis, etiã per viam exceptionis ab huiusmodi conseruatorũ iurisdictione, nec non in simili, vel dissimili forma conseruatoriarũ quibusuis ecclesijs etiã cathedralibus, etiam metropolitanis ordinibus, monasterijs, & alijs regularibus locis, capitulis, conuentibus, collegijs, vniuersitatibus, hospitalibus etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, militijs etiã sancti Iacobi de Spata, de Alcantara, Calatraua, Auis, & Iesus Christi, ac quibuscumque; personis etiã Regali, Cardinea, Archiepiscopali, etiã Prouinciali Episcopali, seu quauis alia autoritate ecclesiastica, vel seculari fulgētib; & alias cuiuscumque; status, cõditionis, & præheminentiæ existentibus, sub quibuslibet verborũ formis, & clausulis etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsque; fortioribus efficacioribus, & insolitis irritantibusque; decretis per nos, & sedē prædictã, vel quoscumque; Imperatores, etiã motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiã cõsistorialiter cõcessis, confirmatis, approbatis, & etiã iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorũ sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id

B V L L A

importantes specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permanens ad presentium effectum dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim a dicta sit Sede indultum quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, siue extra, vel ultra certa loca, vel nisi coram certis personis ad iudicium euocarint non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis. Volumus etiam, & autoritate præfata decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoas nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus, quodque à datis presentium sit vobis, & cuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis, & non conceptis, presentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurdictio attributa, vt eo vigore eaque firmitate possitis in præmissis ceptis, & non ceptis, aut motis, & mouendis, presentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cepta fuissent, & iurdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante. Et quia difficile foret presentes literas ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsancienda foret defferre, quod earum transumpto manu publici notarij subscripto, & sigilli alicuius prælati, vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut Curie ecclesiasticæ impressione, vel appensione munito, & iudicio, & alibi vbi opus fuerit ea prorsus fides adhibeatur in dubia, quæ adhiberentur presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ eisdem presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleesimo, quingentesimo, decimo nono, Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

**E** Sendome assi apresentada a dita Bulla, & letra conseruatoria Apostolica como dito he, pollo dito Bernardo de Christus, Vicerrector do dito mosteiro de sancto Eloy, me foi requirido com instancia que lhe mandasse dar o treslado della, em publica & authentica forma, em modo que fizesse tanta fee como à propria original, por quanto o dito mosteiro tinha della necessidade, & interposse a ello minha autoridade. E visto per mim seu requirimento dizer, & pedit ser justo, & como à dita Bulla era saã, & carcente de todo vicio & sospeição, mandei que lhe fosse dado o treslado della em publica & authentica forma em esta minha carta testemunhavel, à qual mando

do que valha & faça tanta fee em juyzo & fora delle como à propria original, sem a ello lhe ser posto duuida nem embargo algum, pera o qual interponho minha autoridade ordinaria com interposição de decreto tanto quanto com direito deuo & posso. Dada em a Cidade de Lisboa, sob meu sinal & sello do dito senhor, aos quatro dias do mes de feureiro. Fernão Diaz notario Apostolico a fez, anno do Nascimento de nosso Senhor Iesu Christo, de mil & quinhentos & trinta & noue annos.

¶ Eu Fernão Diaz clerigo, in minoribus, notario Apostolico mór na dita Cidade de Lisboa, que a todo o que dito he presente fui, & tudo vi, ouui, & entendi, & esta carta testemunhael, com o treslado da dita Bulla, & letra conseruatoria Apostolica, per minha propria mão da propria original escreui per mandado do dito senhor Vigairo gèral, bem & fielmente, & nam faça duuida nos raspados que dizem, vbilibet ecclesijs, por que eu notario o fiz por verdade, testemunhas que presentes estauão, & tudo virão & ouirão, loão Cordeiro, & Fernão Lopez, criados do dito senhor Vigairo, & outros, & em testemunho de verdade alinei aqui juntamente com o dito senhor Vigairo, de meu publico sinal que tal he, Rogatus, & requisitus.

¶ Concertado foi este treslado desta Bulla conseruatoria comigo Ioão do Porto notario Apostolico, com a propria original, bem & fielmente, & digo que eu conheço este Fernão Diaz, & sei que he notario Apostolico, & vsa do dito officio de notario bẽ & fielmente, & he fiel & leigal, & às suas scripturas & escrementos lhe dão fee & credito em juyzo & fora delle, & por verdade alinei aqui de meu sinal publico que tal he, Rogatus, & requisitus. Oje vinteito de lunho de quinhẽtos & trinta & noue annos.

**BULLA EVGENII PAPÆ IN QVODAM INSTRV.**  
Instrumento inserta de Regali, seu Pontificati subsidio non soluendo.



**I**N nomine sanctæ, & indiuiduę Trinitatis, Amen. No uerine vniuersi præsentis literas inspecturi, quod die vicesima tertia Aprilis, anno à Natiuitate Domini, Milleesimo, quadringentesimo, quadragesimo octauo. Coram me fratrem Bartholomeo Cordubensis, Præsbytero professore monasterij almæ Virginis Mariæ de Guadalupe, ordinis sancti Hieronymi, Tolletanæ diocæsis, in Legibus licentiato, nec non in spiritua libus, & temporalibus in loco de Guadalupe, & eius termino, per venerabilem religiosum magnæ circumspectionis virum dominum fratrem Gundisaluum de Madrid, Priorem dicti monasterij, vicario in loco assueto sedenti, & notario, & testibus infra scriptis, comparauit discretus, ac prouidus Petrus Gundisalui Gigante, vecinus dicti loci de la Puebla dicti monasterij Procurator, vt se ostendit dicti domini Prioris, ac conuentus, dicti monasterij, vigore cuiusdã publici instrumenti scripti in pergamento, ac signo & subscrip

tione notarij publici roborati, quod secum pro sui ac partium suarum iuris conseruatione detulit, & dictorū Prioris, & conuentus procuratorio nomine, & exhibuit quasdam literas Apostolicas, sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Eugenij, diuina prouidentia, Papæ III Qui quidem dictus Petrus Gundisalui Gigante, coram me supra dicto vicario retuli, & exposui quod ipse intēdebat supradictas literas extra istud cōnobium, & locum mittere, pro expediendis aliquibus causis, seu negotijs eiusdem, & quia timebat de earum amissione, seu combustione propter viarum pericula aquarum innudationes, latronum incursiones, ac ignis, & aliorum multa pericula, quæ verisimiliter, & probabiliter inde poterant eueniri, ideoque petebat, & requirebat, & petijt, & requisitum humiliter cum debita instantia, quatenus autoritate ordinaria qua fungor dictas literas Apostolicas transcribi, & exemplari facerem, & in publicam formam redigi mandarem interponendo nostrum decretum, & autoritatem ad habendam perpetuam rei memorum, qua propter ego supradictis vicarius, visis dictis literis Apostolicis, & diligenter inspectis, non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentibus, prout ex ipsarum literarum Apostolicarum inspectione prima facie apparebat, & dictis, petitioni, & requisitioni dicti procuratoris annuens tanquam iuste, & rationi consonę præcepi, & mandauit dicto notario præsentem, & audienti quatenus dictas literas Apostolicas transcribat, siue transcribi, siue exemplari faciat, vnum transumptum, siue exemplum, vel plura de eisdem literis Apostolicis inde conficiat, & in publicam formam redigat sub signo suo, & nominis sui roboratione ad futuram rei memoriam in posterum habendam præstans, ac interponens eidem transumpto, siue transcriptis, seu exemplis meam autoritatem, & decretum vt vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium fidem plenam faciant, ac si ipsarum literarum Apostolicarum originale appareret, quarum quidem literarum Apostolicarum tenor sequitur, & est talis.




**V**GENIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacer ordo sancti Hieronymi in agro Dominico diuina disponente gratia plantatus Apostolicis fauoribus digne meretur atolli cuius professores mendanis à se relegatis illæcebris cœlestium contemplationi vacantes insistent iugiter profectibus animarum, nosque ad ipsum ordinem quem in statu firmo stabili, & solido decreuimus, & volumus permanere Apostolicæ considerationis intuitum dirigentes ad ea libentius intendimus per quæ professores prædicti nullum vitæ pacis paciantur exidium nullumque religionis status perferant detrimentum, sed eo deuotius diuino cultui, ac salutis insistent operibus quo quietior status fuerit eorundem ipsi quoque ampliori fuerint libertate donati. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & conuentus monasterij beatae Mariæ de Guadalupe, ordinis sancti Hieronymi, Tolletanæ diocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in Regnis Castellæ, & legionis per regem eorundem regnorum pro tempore existentium vigore priuilegij, quod ad hoc autoritate Apostolica,

stolica, plerumque conceditur, aut alias de consuetudine nonnulla, talles, subsidia, ac impositiones clero, & alijs religiosis personis in dictis regnis de gentibus eorumque bonis, terris, & locis pro necessitatibus imminentibus, ac Sarracenis repellendis, & alijs plerisque contingentibus causis imponi consueverunt, ipsumque monasterium ob sustentationem quatuor hospitalium, ac congregationis certorum scolarium, qui in Grammaticalibus expensis eiusdem monasterij informantur, diuersa onera habeat in dies supportare. Quare pro parte eorundem Prioris, & conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis ac eorum statui, dictique monasterij indemnitatibus in premissis, & etiam ea oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictis Priori, & conuentui in singulis per quæ religionis obseruantia diuinus quoque cultus solidius conseruentur, ac celebre suscipiant incrementum, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati volumus, & autoritate Apostolica eisdem Priori, & conuentui tenore presentium concedimus, quod monasterium predictum, ac illius fratres in dicto monasterio, etiam pro tempore degentes, & quæcumque eorum bona, & loca ad ipsum monasterium spectantia, à talles, subsidijs, & impositionibus predictis, alijsque exactiõibus quibuscumque; per ipsum Regem, aut illius officiales vlllo vnquam tempore, quomodocumque, & qualiter cumque, aut pro quauis causa Apostolica, vel alia autoritate Regali, seu Pontificali in dictis regnis, clero, seu ordinibus ac monasterijs, & illorum bonis quilibuscumque, & quibuscumque imponendis, vel exigendis libera, & immunia prorsus esse debeant: nec ipsos, & illorum bona huiusmodi ad solutionem, vel exhibitionem talliarum subsidiorum impositionum, seu exactiõum earundem volumus aliquatenus obligari eos, & eorum quemlibet ac monasterium, & illius bona predicta à solutione, seu exhibitione huiusmodi, & alijs quibuscumque imponendis oneribus, seu exactiõibus etiam quauis autoritate, ut præfertur faciendis, autoritate Apostolica prefacta earundem tenore presentium liberantes, & imperpetuum eximentes ipsosque, & quæcumque eorum bona ad ipsum monasterium spectantia mobilia, & immobilia, sub beati Petri, ac nostra Sedisque Apostolicæ, protectione immediata beneuole suscipientes. Decernimus insuper quaslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, ac processus quoscumque quas, & quos contra eisdem Priorem, & conuentum, aut ipsius monasterij singulares personas, atque in eorum loca, & bona contra tenorem exemptionis huiusmodi quomodolibet promulgari contingerit irritos, & innanes, non obstantibus priuilegijs, & indultis per nos, aut prædecessores nostros quomodolibet concessis, aut per nos ac dictam Sedem, eorundem regnorum regibus, ac alijs quibusuis personis concedendis, cæterisque contrarijs quibuscumque; per quæ aut eorum aliquod nisi in illis de presentium literarum toto tenore, nec non nomine, & cognomine, ac titulo dicti monasterij, & illius fratrum inibi pro tempore degentium numero, ac ordine religionis obseruantia hospitalium, ac scolarium oneribus predictis specialis, & expressa mentio habeatur ipsis monasterio, ac illius etiam pro tempore existentibus Priori, & conuentui in premissis, & circa ea nullatenus possit,

aut

aut debeat præiudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, liberationis, exemptionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit indignationis omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datū Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragessimo tertio, sexto decimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno tertio decimo, quibus omnibus, & singulis tamquam bene iuste, & legitime factis, & habitis ad vberiore firmitatem omnium, & singulorum præmissorum sedens, vt dictum est auctoritatem meam interposui pariter, & decretum de inde de prædictis fieri mandavi, vt præmittitur per dictum notarium huiusmodi publicum instrumentum siue exemplum, seu plura si expedierint instrumenta, siue exempla signo eiusdem notarij, & sigillo audientie reuerendi patris, & domini supradicti Prioris, cum quo solitus sum sigillare, appensi, muniri, illud queq; mei nominis subscriptione roborandum duxi volens, & decernens quod huiusmodi instrumento, siue exemplo plena fides adhibeatur in iudicio, siue extra vt præmissum est, sicuti originali prædictarum literarum Apostolicarum, acta fuerunt hæc apud præfatum monasterium beatæ Mariæ de Guadalupe, dictæ diocæsis Tollerani, anno, die, & mense, vt supra est expressum, præsentibus ibidem discretis viris Santio Santij, & Fernando Santij, & Gundisaluo Roderici in dicto loco de Guadalupe tabellionibus, ac vicinis, ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

**E**T ego Fernandus Gundisalui de Guadalupe clericus Tolletanæ diocæsis, Apostolicus publica auctoritate notarius, qui omnibus, & singulis dum sicut vt præmittitur per dictum vicarium agerentur dicerentur, & fierent vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia, & singula sic fieri vidi, legi, & publicavi, & cum originalibus correxi, de quibus quidem literis cum alijs omnibus supradictis præsens publicum instrumentum, transumptum, exemplum, siue exemplarum dictarum literarum Apostolicarum, alijs præpeditus negotijs, per alium mihi fidum, & notum scribi feci, & in publicam formam redegi, & mandato dicti vicarij, & vna cum appensione sigilli dictæ audientie hoc meo signo solito signavi, & hic me subscripsi approbans scriptum super rasuras vbi dicitur, omne, & vbi dicitur ego, & vbi dicitur, no, Rogatus, & requisitus in fidem omnium, & singulorum præmissorum.



**S**UMPTVM BVLLÆ MARTINI PAPÆ, ORDINI  
sancti Hieronymi concessæ, qua prædictum ordinem abonorum, ac  
omnium possessionum decimis exonerat et eximit.



**L**N Dei nomine, Amen. Nouerint vniuersi, & singuli  
 præsentēs literas, siue præsens publicum instrumentū  
 inspecturi, quod ego frater Rodericus Hispalensis, in  
 decretis Bachalareus Præsbyter expresse professus mo-  
 nasterij beatæ Mariæ de Guadalupe, ordinis sancti  
 Hieronymi Tolletanæ Diocæsis, Vicarius Generalis  
 in spiritualibus, & temporalibus, per reuerendum pa-  
 trem fratrem Ioannem Zamorensem, Priorē dicti mo-  
 nasterij in loco isto de la Puebla de Guadalupe, & eius  
 districtu datus, & deputatus ad discreti viri Petri Gun-  
 disalui Gigante, loci prædicti vicini, ac procuratoris, & procuratorio nomine venera-  
 bilium, & honestorum religiosorum Prioris, fratrum, & conuentus dicti monasterij in-  
 stantiam, & requisitionem omnos, & singulos sua quomodolibet interesse putantes  
 per se, vel procuratores suos ad videndum, & audiendum transsumi, & exemplari, &  
 in publicam formam redigi quasdam literas Apostolicas, dicto monasterio videlicet  
 priuilegij Apostolici per fælicis recordationis sanctissimum in Christo patrem, & do-  
 minum dominum Martinum, diuina prouidentia, Papam V. de non soluendis deci-  
 mis concessas, & super hoc autoritatē meā iudiciariam interponi pariter, & decretum,  
 vel dicendum, & causam rationabilem siquam haberem allegandum quare præmissa  
 minime fieri deberent in ecclesia monasterij sæpe dicti, & eius valuis quas ad hoc abo-  
 prætorio elegi citari feci, & mandauit ad cerrum peremptorium terminum videlicet  
 diem, & horam, & locum infra scriptis in quibus comparens in iudicio coram me di-  
 ctus Petrus Gundisalui procurator, quo supra nomine procuratorio præfatas literas  
 Apostolicas, per fælicis recordationis dictum dominum nostrum Martinum Papam  
 vt præmittitur concessas, eius vera bulla plumbea more Romanæ Curie in cordula  
 cerici rubei croceiq; coloris impendentis bullatas, nec non dictam citationem in dicta  
 ecclesia istius monasterij publice lectam, & in valuis ipsius ecclesie affixam, & inibi  
 executione debite demandatam exhibuit, & præsentauit prædictorum sua interesse  
 credentium, citatorum in eadem citatione contentorum non comparentium contu-  
 matiam accusauit, quos contumaces reputari, & in eorum contumatiā præfatas li-  
 teras Apostolicas transsumi, & exemplari, & in publicam formam redigi, decretumque  
 & autoritatem iudiciariam interponi per me cum instantia debita postulauit. Ego  
 tunc præfatus frater Rodericus Vicarius dictos citatos non cõparentes reputauit, prout  
 erant merito exigente iustitia contumaces, & in eorum contumatiā dictas literas  
 ad manus meas recepi tenui, vidi, legi, palpauit, & diligenter inspexi sanas, & integras,  
 non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vi-  
 tio, & suspitione carentes, ipsasque ad præfati Petri Gundisalui Procuratoris quo su-  
 pra, nomine procuratorio instantiam, & requisitionem per Fernandum Gundisalui  
 de Guadalupe, notarium publicum Apostolicum, transsumi, & exemplari, & in hanc  
 publicam formam redigi mandauit, & feci, volens, & autoritate prædicta decernens,  
 quod

quod huic transsumpto, seu publico instrumento detur, & adhibeatur de cætero plena fides in iudicio, & extra, ac ubicumque locorum, & terrarum, ac talis, & tanta, quanta ipsis literis Apostolicis originalibus data fuit, & adhibita, & adhiberetur si in medium producerentur. Quibus omnibus, & singulis tanquam rite, & legitime factis, & celebratis in eodem iudicio coram me meam auctoritatem iudicariam interposui, & tenore præsentium interpono pariter, & decretum. Tenor vero dictarum literarum Apostolicarum, de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

**M**ARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & fratribus monasterij sanctæ Mariæ de Guadalupe per Priorem soliti gubernari ordinis sancti Hieronymi, sub regula sancti Augustini Tolletanæ diocæsis. Salutem, & Apostolicam benedictionem, sacre religionis Observantia, sub qua mundanis abiectis illæcebris deuotum, & sedulum exhibetis domino famulatum, nos inducit, ut oportunitatibus vestris fauorabiliter intendamus. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continet, quod olim felicitis recordationis Gregorius Papa XI. prædecessor noster, postquam monasterium sancti Bartholomei de Lupiana, per Priorem soliti gubernari ordinis sancti Augustini, alias sancti Hieronymi Tolletanæ diocæsis, quod antea simplex erat ecclesia, & cui quondam Petrus de Guadafaiara, eiusdem monasterij Prior dum viueret præsidebat, nouiter in monasterium erectum fuerat: idemque prædecessor quondam Fernando Ioannis de Caceres, fratri dicti ordinis, ac eidem Priori, & quibusdam alijs eorum in ea parte collegijs tunc expressis quatuor alia monasteria, seu loca conuentualia sub regulari obseruantia dicti ordinis sancti Hieronymi, in partibus Hispaniarum fundandi, & erigendi licentiam concesserat, volens huiusmodi monasteria, ac personas religiosas, in illis pro tempore residentes Apostolicæ Sedis gratia, & liberalitate complecti voluit, & per eius certis tenoris literas indulgit eisdem, quod qui tam in præfato, quam etiam qui in quatuor alijs monasterijs postquam illa fundata, & erecta forent Priores, & fratres, & alij religiosi pro tempore residerent de noualibus, ortis, & alijs possessionibus quas ipsi obtinerent, ac manibus proprijs eorum, que sumptibus excolerent, nec non de siluis, artificijs manuum suarum, ac nutrimentis animalium, & de annibus ac piscarijs suis decimas quoque legatis, seu nuntijs dictæ Sedis, aut locorum Metropolitanis, seu ordinarijs procuraciones aliquas, vel iura alia, aut subsidia quocumque nomine nuncuparentur soluere minime tenerentur, nec ad id compelli possent inuiti, ac districtius inhiuit ne aliqui ab ipsis ratione præmissorum, decimas procuraciones, aut iura alia, siue subsidia exigere, vel extorquere præsumerent prout in dictis literis dicitur plenius contineri, quarum quidem literarum vigore vestrum monasterium sanctæ Mariæ de Guadalupe, etiam per Priorem solitum gubernari ordinis & diocæsis prædictorum, in quo sub regula sancti Augustini, estis diuinis obsequijs mancipati, de consensu Petri, & collegarum eorundem Canonice fundatum extitit erectum pariter, & constructum, verum sicut eadem petitio subiungebat, qui propter


temporis

temporis vetu statem, & testes qui de præmissis fidem facere potuissent mortui sunt, & per scripturas authenticas probari non potest ab aliquibus vos molestari nolentibus asseritur dictum monasterium vestrum vnum ex quatuor alijs monasterijs non existere, & propterea vos timeris ex defectu probationis, erectionis, foundationis, & consensus huiusmodi eisdem priuilegijs, & indultis præfatis monasterijs per ipsum prædecessorem concessis gaudere non posse, & super ijs sicut quandoq; de facto contra vos attentatum fuit molestari posse tempore præcedente quãuis veresimiliter præsumatur ipsum monasterium vestrum vnum esse de quatuor supradictis cum per ipsum Fernandum principalem, ex alijs collegijs prædictis, qui nullum aliud antea fundauerat fundatum fuerit de licentia aliquorum ex eisdem collegijs de qua constat per publica instrumenta. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vestro, & eiusdem monasterij statui commoditatibus, & quieti oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes, vt eo quietius diuinis obsequijs intendatis proficientes vobis, & alijs ad salutem quo maiori Apostolicæ Sedis gratia vos noueritis commonitos, huiusmodi supplicationibus inclinati vobis, vt occasione dictarum decimarum procurationum, aut subsidiorum huiusmodi à tempore foundationis, & erectionis ipsius vestri monasterij per quoscumq; & quauis auctoritate nullatenus molestari, exigi, vel grauari, nec ad id cõpelli possitis inuiti, quodque omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, & indultis præfati sancti Barthoiomei, ac quatuor monasterijs prædictis per eundem prædecessorem sub quacumque verborum forma concessis per inde vti, & gaudere libere, & licite valeatis, ac si clare constaret ipsum monasterium vestrum vnum de præfatis quatuor monasterijs extitisse auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus, & nihilominus considerantes sicut asseritis, quost pro sustentatione fratrum, ac pauperum, & peregrinorum ad ipsum vestrum monasterium pro tempore confluentium, & alias pro huiusmodi hospitalitate seruanda quotidianas expensas, & onera grauia supportatis, & vltra centum fratres in vestro monasterio residentes plusquam sexcentas personas vestris sumptibus sustentatis volentesque propterea vos, & vestrum monasterium ab oneribus, & grauaminibus releuare, vobis quod de cætero de quibuscumque bonis mobilibus, & immobilibus, possessionibus, & prædijs quæ in præsentiarum possidetis, & in futurum præstante domino iustis titulis poteritis adipisci, etiam si ea ab alijs conducatis, dum tamen illa vestris manibus, seu sumptibus excollatis, seu pro sustentatione vestra excolli faciatis, nec non de pratis, herbis, pascuis, & nutrimentis animalium, & pecorum vestrorum, ac pastorum eorundem, decimas quibusuis ecclesijs, locis, seu personis, soluere minime teneamini, nec ad id à quocumq; compelli, aut coartari, sed huiusmodi decimas quas à pastoribus animalium, & pecorum prædictorum hætenus percipere, petere, & leuare consueuistis etiam in futurum, percipere, petere, & habere, illasque in vestros, & eiusdem monasterij vsus, & vtilitatem conuertere, sicut prius, libere, & licite valeatis auctoritate prædicta harum serie concedimus de dono gratiæ potioris, districtius inhibentes dilectis filijs locorum ordinarijs, ac Capitulis prædi-

prædictarum, nec non Rectoribus parochialium ecclesiarum ne vos, aut vestrum monasterium vestrasque res, iura, & bona, aut Procuratores, colonos, agricolas, & factores vestros super præmissis molestare, inquietare, aut perturbare præsumant per se, vel alios quouis modo Apostolicis, ac in Synodalibus, & Prouincialibus consilijs æditis constitutionibus, ac statutis, & consuetudinibus ecclesiarum, & locorum prædictorū, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nos & ex nunc irritum decernimus & in anne si secus super his à quo quam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Gallicani Penestrinæ diocesis, Kalendas Iulij, Pontificatus nostri, anno septimo.

¶ In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentis literas, siue præsens transsumptum, & publicum instrumentum ex inde fieri, & per dictum, & infra scriptum notarium sub scribi, & publicari mandauimus, sigilli que audientie officij vicariatus generalis istius loci quo insimilibus vti consuetum est feci appensione communi. Datum & actum in dicto monasterio hora causarum consueta ad iura reddenda, me pro tribunali Sedente, sub anno à Natiuitate Domini Milleesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto dictione nona die vero Sabbathi, quarta mensis Iunij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini, domini Eugenij, diuina prouidentia, Papæ III. anno sexto decimo, præsentibus ibidem discretis viris Santio, Santij, & Fernando Santij, & Roderico Alfonsi notarijs publicis, & vicinis dicti loci.

**E**T qui ego Fernandus Gundisalui de Guadalupe clericus Tolletanæ diocesis, publicus autoritate Apostolica notarius, præmissis omnibus, & singulis dum sic, vt præmittitur per præfatum dominum fratrem Rodericum Vicarium iam dictum, ac coram eo agerentur, discernentur, & fierent vna cum prænominatis testibus interfui, ea que sic fieri vidi, audiui, & in notam recepi, ideoque hoc præsens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum me alijs occupato negotijs, & in hanc publicam formam redactum manu propria subscripsi signoque, & nomine meis solitis vna cum appensione sigilli præfate audientie officij dicti domini vicarij signaui in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum, Rogatus, & requisitus, constat mihi de dictionibus inter lineas scriptas, vbi dicitur comparens, & vbi dicitur frater, non noceat qui ego aprobo.



## INSTRUMENTVM ALIVD IN QVO INSERTA

est Bulla Eugenij de funeralibus nullo modo  
alicui soluendis.



**N**OMINE, Amen. Nouerint vniuersi & singuli præsentēs literas, seu publicum instrumentum inspecturi, quod ego frater Rodericus Hispalensis Præbyter expresse professus monasterij beatæ Mariæ de Guadalupe ordinis sancti Hieronymi Tolleranensis Diocæsis Vicarius Generalis in spiritualibus & tēporalibus per Reuerendū patrem fratrem Ioannē de Camora Priorem dicti monasterij in loco isto dela Puebla de Guadalupe, & eius districtu datus & deputatus ad discreti viri Petri Gundisalui gigante loci prædicti vicini, ac procuratoris, & procuratorio nomine venerabilium, & honestorum religiosorum Prioris fratrum, & conuentus dicti monasterij instantiam, & requisitionem, omnes & singulos sua quomodolibet interesse putantes per se, vel procuratores suos ad videndum & audiendum, transsumi & exemplari, & in publicam formam redigi quasdam literas Apostolicas dicto monasterio per sanctissimum in Christo Patrem & dominū nostrum dominum Eugenium diuina prouidentia Papam quartum, de quarta parte funeralium non soluenda super hoc auctoritatem meam iudiciariam interponi pariter & decretum, vel dicendi, & causam rationabilem si quam haberent allegandi, quare præmissa minime fieri deberent, in ecclesia monasterij sæpe dicti & eius valuis, quas ad hoc pro albo prætorio elegi, citari feci, & mandavi ad certum terminum peremptorium, videlicet, diem & horam, & locum infra scriptum, in quibus comparens in iudicio coram me dictus Petrus Gundisalui procurator quo supra nomine procuratorio præfatas literas Apostolicas per dictum dominum nostrum Eugenium, vt præmittitur concessas eius vero bulla Plumbea more Romanæ Curie in cordula serici rubei croceiq; coloris impendenti bullatas, nec nō dictam citationem in dicta ecclesia istius monasterij publice lectam & in valuis ipsius ecclesie affixam, & inibi executioni debite mandatam exhibuit & præsentauit. Et prædictorum sua interesse credentium citatorum in eadem citatione contentorum non comparentium contumaciam accusauit, quos contumaces reputari, & in eorum contumaciam præfatas literas Apostolicas transsumi, & exemplari, & in publicam formam redigi, decretumq; , & auctoritatem iudiciariam interponi per me cum instantia debita postulauit. Ego autem præfatus frater Rodericus Vicarius dictos citatos non comparentes reputaui prout erant merito exigente iustitia contumaces, & in eorum contumaciam dictas literas ad manus meas recepi, tenui, vidi, legi, palpauit, & diligenter inspexi, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicionē carentes ipsasque ad præfari Petri Gundisalui procuratoris quo supra nomine procuratorio instantiam, & requisitionem per Fernandum Gundisalui de Guadalupe notarium publicum transsumi, & exemplari, & in hanc publicam formam redigi mandavi, & fieri volens, & auctoritate prædicta decernens, quod huic transsumpto

B V L L A

seu publico instrumēto detur, & adhibeatur de cœtero plena fides in iudicio & extra, ac ubicumque locorum & terrarum, ac talis, & tanta quanta ipsius literis Apostolicis originalibus data fuit, & adhibita, & daretur, & adhiberetur si in medium produceretur. Quibus omnibus, & singulis tanquam ritè & legitimè factis, & celebratis in eodem iudicio coram me meam auctoritatem iudiciariam interposui, & tenore præsentium interpono pariter & decretum. Tenor vero dictarum bullarum Apostolicarum de verbo ad verbum sequitur, & est talis.



**V G E N I V S** Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad decorum sacræ religionis, ut illius vbilibet dilatentur facundius propagines salutares Apostolicæ meditationis diffusius dirigentes intuitum singulorum, sub regulari obseruantia altissimo famulantium supplicibus illis præsertim per quæ electis ab eis cuiusuis notæ dispendijs illorum statui & indemnitatibus consuli speratur votis annuimus gratiose. Sane sicut ex serie petitionis nobis pro parte charissimi in Christo filij nostri Ioannis Castellæ & Legionis regis illustris nuper oblatæ percepimus, quod monasterium beatæ Mariæ de Guadalupe ordinis sancti Hieronymi Tolletanæ Diocæsis, quatuor hospitalia pro pauperibus infirmis siue peregrinis inibi receptandis & curandis, & colligendis, ac scolares præsertim pauperes in gramaticalibus ipsius monasterij expensis imbuendos, habere dignoscatur. In quorum omnium sustentatione pluribus oneratur sumptibus, & expensis, & nonnulli tam in ipsis hospitalibus quam alibi pro tempore decedentes, ac suas in præfato monasterio sepulturas eligentes provide ipsi monasterio, ut illius personis mobilia & immobilia bona relinquere, siue donare disponunt occasione quorum, seu ex eis Rectore parrochialis ecclesiæ cuius ipsi parrochiani cœsentur, aut alterum contingentis partis inter Priorem, & fratres dicti monasterij ex vna parte, & Rectorem prædictum, vel alium cuius intersit ex alia contentionis, & dissentionis materia quandoque solet oriri. Nos ut Prior & fratres præfati eo quietius, ac deuotius quo fuerint a quibusuis perturbationibus securi altissimo in contemplatione suauitatis famulari valeant, & dictum monasterium in supportandis expensis quas pro sustentatione prædictorum pauperum facere consuevit adiuuetur, provide volentes, ipsius Regis in hac parte supplicationibus inclinati monasterium nec non existentes pro tempore Priorem, & fratres præfatos ad soluendum aliquid de bonis mobilibus, vel in mobilibus quibuslibet, quæ ipsis ratione sepulturarum, aut funeralium huiusmodi per quoscumque in aliquo de prædictis hospitalibus, vel loco de Guadalupe prædicto pro tēpore decedentes de cœtero relinqui, sine donari, aut alias assignari contigerit Rectori parrochialis ecclesiæ cuius parrochiani decedentes prædicti fuerint, aut cuius alteri minime teneri, nec ad id a quo quam quauis auctoritate compelli posse, sed ea omnia & singula ad monasteriū Priorē & fratres prædictos in regre & libere spectare auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, ipsosq; pro potiori eorū cautela ab huīdi solutione prorsus eximimus, liberamus, & absoluiamus,  
nec non


tionibus, priuilegijs & indultis Apostolicis quascumque clausulas cōtinentibus, nec non prouincialibus & sinodalibus statutis, & consuetudinibus etiam autoritate Apostolica editis seu confirmatis atque introductis etiam cum decreto irritante. Quorū omnium & singulorum tenores etiam si de illis esset præsens mentio facienda habere volumus pro sufficienter expressis cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis exemptionis, liberationis, absolutionis, & indicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Senis, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo tertio, tertio Idus Septembris Pontificatus nostri, anno tertio decimo.

¶ In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præsentes literas, siue præsenstransumptum, & publicum instrumentum exinde fieri, & per dictum, & infra scriptum notarium subscribi, & publicari mandauimus, sigillique audientie officij Vicariatus generalis istius loci quo in similibus uti consuetum est, feci appensione muniri, datum & actum in dicto monasterio hora causarum consueta ad iura reddenda me pro tribunali sedente sub anno a Natiuitate Domini, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, in dictione nona die vero sabbati quarta mensis Iunij Pontificatus præfati sanctissimi in Christo Patris, & domini domini Eugenij diuina prouidentia Papæ quarti, anno sexto decimo præsens ibidem discretis uiris sanctio sanctij, & Fernando sanctij, & Roderico Alfonsi notarijs publicis dicti loci.



**T** qui ego Fernandus Gundisalui de Guadalupe dictus Tolletanensis Diocæsis publicus autoritate Apostolica notarius præmissis omnibus & singulis dum sic, ut præmittitur per præfatum dominum fratrem Rodericum Vicarium iam dictum, an coram eo agerentur, dicerentur & fierent, vna cum præ nominatis testibus interfui, eaque sic fieri vidi, audiui, & in notam recepi, ideo hoc præsens publicum instrumentum per alium fidelem scriptum me alijs occupato negotijs in hanc publicam formam redactū manu propria subscripsi signoque, & nomine meis solitis, vna cum appensione sigilli præfate audientie officij dicti domini Vicarij signaui in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum approbans dictiones inter lineas scriptas, vbi dicitur, c, & vbi dicitur, a, & scriptum super rasuras vbi dicitur, z, & vbi dicitur, i, & vbi dicitur prædicti, & vbi dicitur, r.

**L**ITERA MARTINI IN QVODAM INSTRV.   
 mento in ferta ordini sancti Hierooyimi concessa cui conceditur posse extra capitulum generale recipere monasteria heremitoria,  
 siue quæcumque loca sibi oblata.





**I**N NOMINE Domine, Amen. Nouerint vniuersi & singuli præsentis literas, siue præsens publicum transumptum instrumētum, quod nos Iulianus de Cæsarinis vtriusq; iuris doctor Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, domini nostri Papæ, capellanus, ac ipsius camerarij, eiusdemque Curie causarum cameræ Apostolicæ auditor generalis, ad religiosi viri fratris Martini de Ponte Veteri Præbyteri ordinis sancti Hieronymi instantiam, & requisitionē omnes & singulis quorū interest, intererit, aut sua putauerunt quomodolibet interesse eorūq; procuratores siqui erant in Romana Curia pro eisdem ad videndum, & audiendum literas Apostolicas sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri Martini diuina prouidentia Papæ. V. infra scriptas transsumi, & exemplari, & in publicam formam redigi mandari, nec non auctoritatem & decretum dictæ Curie cameræ Apostolicæ, & nostram, vt moris est interponi, vel ad dicendū, & causam rationabilem allegandū quare hoc minime fieri deberet, seu nostras literas speciales in audientia publica literarum contradictarū dicti domini nostri Papæ, citari mandauimus & fecimus ad diem & horā inferius adnotatas in quibus dictus frater Martinus de Ponte Veteri coram nobis iudicialiter comparuit, & dictas literas citatorias in audientia publica literarum contradictarum ante dicta debite executas repræsentauit, & citatorum in eisdem literis citatorijs contentorum non comparentium, neque huiusmodi literas Apostolicas transsumi, & exemplari, ac auctoritatem, & decretum dictæ Curie, & meam, vt moris est interponi videre, aut alias huiusmodi terminum alijs satisfacere citantium contumaciam accusauit ipsosque contumaces reputari per nos debita cum instantia postulauit. Et in eorum contumaciam dictas literas Apostolicas sanas, integras & illæsas, ac omni prorsus vitio, & suspitione carentes coram nobis exhibuit, & produxit huiusmodi sub tenore.

**M**ARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Præposito generali ordinis monachorum heremitorum de obseruantia sancti Hieronymi sub regula sancti Augustini degentium, salutem & Apostolicam benedictionem. Et si pro cunctorum Christi fidelium super quibus curam Apostolatus officij gerimus statu salubriter dirigēdo, & ampliando libenter adhibeamus sollicitudinis nostræ partes illas tamen qui mundanis obiectis illicebis in humilitatis spiritu virtutum domino famulantur, & non solū per contemplationem cœlestium cū Maria optimā partē fruuntur, verum etiam sanctæ Marthæ sollicitudinem immitantes diuinis solertius vacando obsequijs, ac suis bonis verbis, exemplis, & operibus, studijs anhelant interpidis ad dominicam arcem multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis bonam domino reddere rationem, ij profecto, & alij dicti ordinis monachorum heremitarum, de obseruantia sancti Hieronymi professores existitis quos Deus, vt speciales regularis obseruantie zela-

zelatores varijs multiplicauit virtutibus & meritis : qua propter non immerito eodem excitamur officio , vt cura peruigili sic providere curemus quod vos in tam sanctis operibus nihil dispendij, aut sinistri impediatur, seu perturbetur, quodque pietatis aures illis vestris supplicibus votis exhibeamus per quæ vobis a secularibus operibus releuatis vestra spiritualis crescat, & augeatur religio, vosque feruentiori ritu continuum impendere possitis famulatum, hinc est quod nos volentes tuis, & eiusdem ordinis publicis comodis, & vtilitatibus quantum cum deo possumus paternaliter providere, tuis in hac parte deuotis supplicationibus inclinati tibi per te, vel alium, seu alios quoscumque loca secularia, vel regularia, nec non ecclesias, heremitoria, & monasteria quorumcumque ordinum, in quibusuis terris & partibus consistentium, etiam æqualis, seu laxioris regularis obseruantia existantium, siue etiam strictiores, in qua tamen obseruantia eadem non tenebitur cum eorum bonis omnibus mobilibus & in mobilibus, si tibi illa pia largitione fidelium donari contigerit, aut ad id eisdem locis, ecclesijs, heremitorijs, & monasterijs pro tempore præsidentes, siue in illis degentes personæ, seu eorum maior pars, aut alias illi, quorum interest consenserint, etiam temporibus in quibus generale Capitulum eiusdem ordinis, non celebratur libere recipiendi, ipsaque loca, ecclesias, monasteria, & heremitoria, etiam si quibusuis alijs ecclesijs, monasterijs, siue locis, vnita fuerint, in monasteria erigendi, atque fundandi, & ad regularem obseruantiam dicti ordinis sancti Hieronymi reducendi, ac in eis quemuis alium ordinem & habitum, ac officium, seu præsertiam cuiusuis præminentia suppressendi & extinguendi, ac vnita huiusmodi separandi, personas quoque in illis pro tempore degentes spontaneas tamen ad hoc cuiuscumque alterius licentia super hoc minime requisita, ab eorum primo ordine absoluendi, & ad ordinem ipsum sancti Hieronymi transferendi eisque habitum exhibendi, & ab ipsis professionem ordinis huiusmodi sancti Hieronymi recipiendi, ipsaque, sic erigenda, siue recipienda monasteria, seu loca eidem ordini sancti Hieronymi, siue monasterij ipsius ordinis pleno iure etiam subiiciendi, vniendi, annectendi, & incorporandi, & illorum curam regimen, & administrationem, nec non visitationem correctionem & punitionem quorumcumque professorum ordinis fratrum sancti Hieronymi quos præsertim, siue priorum suorum legitima licentia vagari cognoueris per te exercendi & gerendi, seu illa alijs committendi, iamque recepta eiusdem ordinis sancti Hieronymi monasteria, siue loca quæ tu, & professores prædicti possidetis confirmandi, nec non quæ cumque alia agendi, disponendi, statuendi, ordinandi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea, ac pro eiusdem religionis propagatione felici quouis modo necessaria cognoueris, seu etiam opportuna, & quæ alias in ea monasteria, & personas eiusdem ordinis quarumcumque aliarum, Apostolicarum, vigore exercere, & facere potes plenam, & liberam autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. Nos enim vniuersa monasteria, ecclesias, heremitoria, siue loca prædicta quæ per te si cut præfertur ad regularem obseruantiam dicti ordinis sancti Hieronymi reduci, seu incorporari contigerit, ac etiam illa quæ hæctenus sunt reducta ab omnibus & sin-


B V L L A

gulis impositionibus, subsidijs, collectis, tallijs, ac alijs grauaminibus, & oneribus quibuscumque per quascumque personas ecclesiasticas, vel sæculares, Apostolica, vel ordinaria autoritate in genere, vel in specie pro tempore impositis, vel quomodolibet imponendis eadem autoritate prorsus eximimus, & perpetuo liberamus: teque, & illos pro tempore præsidentes, ac in eis de gentes personas ab huiusmodi impositionū subsidiorū, collectarū, talliarū, & onerū solutione, seu præstatione vnquam faciēda liberos esse decernimus pariter, & immunes: nec ad solutionē, seu præstationē huiusmodi per literas Apostolicas quasuis in se derogatorias clausulas cōtinentes, ac de præsentibus & eorū totis tenoribus plenā & expressam, ac de verbo ad verbū mentionē nō facientes cōpelli posse, seu etiā coarctari, valētes nihil omnibus quod eadē monasteria, ecclesiæ, heremitoria, atq; loca eorumq; personæ etiā omnibus alijs priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exēptionibus, gratijs & indultis, quibus alij dicti ordinis monachorum sancti Hieronymi monasteria siue loca quouis modo gaudent & vtuntur, ac gaudere poterunt in futurum vti valeant pariter & gaudere. Præterea volumus & prædicta tibi autoritate cōcedimus quod Episcopus Bononiensis pro tēpore, existēs quotiēs super hoc pro parte tua fuerit requisitus tibi & eidē ordini, ac personis ipsius oportune defensionis præsidio assistere, ac etiam singula præmissa prout tibi concessa sunt & alia circa ea necessaria per se, vel alium, seu alios facere, & exequi valeat prout iuxta suam conscientiam quam suam super hoc oneramus, & pro eiusdem ordinis incremento felici sibi expediens visum fuerit, seu etiam opportunum: cōtradiētores quoslibet, & rebeles autoritate prædicta per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione remota compescendo, & insuper omnia, & singula literas, gratias, priuilegia, & indulta per nos aut Sedem prædictam, vel alias quouis modo ad cuiusuis alterius præter quam cui ipsius instantiam quoquomodo concessa per quæ præmissis, aut eorum alicui, vel dicto ordini, seu eius debitæ obseruantia regulari siue in eius fauorem alias quouis modo cōcessas posset quomodolibet obuiari aut illis quominus suum consequantur effectum præiudicium generari, & quæ ac eorum tenores per singula præsentibus haberi volumus pro expressis autoritate prædicta harū serie reuocamus, neque per ea gratijs, priuilegijs, indultis, & concessionibus huiusmodi, aut alias per nos, vel Sedem ipsam, aut quemuis alium in fauorem dicti ordinis quouis modo concessis intendentes in aliquo derogare, sed omnia ipsa, & singula in suo pristino & pleno robore, vt prius a datis ipsorum volumus permanere non obstantibus constitutionibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus monasteriorum, locorum, ecclesiarum, & ordinum prædictorum, & aliorum quorumlibet iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, ac literis Apostolicis etiam super quibusuis vnionibus monasteriorum, locorum, ecclesiarum, & heremitoriorum, tam receptorum, quam recipiendorum prædictorum, per Sedem Apostolicam, aut alias quouis modo concessis etiam si de eis, & eorum totis tenoribus, ac de verbo ad verbum plena & expressa in præsentibus mentio faciēda foret cœterisque con-

contrarijs quibuscumq̄; Nos insuper ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, exemptionis, liberationis, constitutionis, voluntatis, reuocationis, intentionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attēptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ, apud sanctos Apostolos tertio idus Mai Pontificatus nostri, Anno decimo.

¶ Post quarum quidem literarum Apostolicarum exhibitionem, & productionem coram nobis, vt præfertur factas, nos Iulianus auditor præfatus supradictos citatos non comparentes, neque huiusmodi termino in aliquo satisfacere curantes reputauimus prout erat quo ad actum, & terminum huiusmodi exigente iusticia contumaces, in eorumque contumaciam huiusmodi literas Apostolicas, ad manus recepimus, vidimus, tenuimus, & diligenter inspeximus, sanas, integras, & illæsas, ac omni profus vicio & suspitione carentes, illasque literas Apostolicas ad supradicti fratris Martini de Ponte Veteri instantiam, & requisitionem, per discretum virum Magistrū Ioannem Cabebi de Voerda dictæ curiæ notarium publicum infra scriptum, transsumi, & exemplari, ac in hanc publicam formam redigi mandauimus & fecimus, volentes & dicta autoritate decernentes quod huic transsumpto publico in iudicio, & extra iudicium, ac vbicumque locorum, detur, & adhibeatur de cætero tanta fides, quanta ipsis literis originalibus coram nobis, vt præfertur exhibitis, & productis superius de verbo ad verbum discriptis diligenter, & regratis data fuit, & adhibita, ac datur, & adhibetur. Quibus omnibus & singulis supradictis tanquam ritè, & legitimè celebratis, & factis in eodem iudicio coram nobis nostram, & dictæ curiæ cameræ Apostolicæ autoritatem ordinariam interposuimus, ac præsentibus interponimus pariter & decretum.

¶ In cuius rei testimonium præsentis literas siue præsens publicum instrumentum per dictum Ioannem Cabebe notarium publicum infra scriptum fieri & sigilli proprii dictæ curiæ quo vtimur fecimus appensione communiti. Datū & datum Romæ in Ecclesia beatæ Mariæ Rotundæ pro audientia publica causarum Apostolica specialiter deputata nobis inibi mane hora causarum consueta, ad iura reddendum, & causas audiendum pro tribunali sedentibus, præsentibus ibidem discretis viris Magistris hermano Ieguere dictæ curiæ causarum camere Apostolicæ notario, & Ioanne Schilligni Romanæ curiæ causarum, & Ioanne Goier in audientia publica literarum contradictarum ante dicta pro omnibus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis, sub anno a Natiuitate Domini, Milleesimo, quadringentesimo, vigesimo octauo, in dictione sexta, die vero veneris nona mensis Ianuarij, Pontificatus præfati Domini nostri Martini Papæ. V. Anno vndecimo.



B V L L A



**G**O Ioannes Cabebe, de Voerda clericus Coloniensis Diocesis publicus Apostolica autoritate, ac causarum curiae aemerae Apostolicae notarius qui praemissis omnibus & singulis dum sic, ut praemittitur per reuerendum patrem dominum Iulianum auditorem praefatum, & coram eo agerentur, & fierent vna cum testibus praenominatis inter sui, ideo praesens publicum transsumpti instrumentum per alium in alijs occupato negotijs scriptum subscripsi, & publicavi signoque, & nomine meis solitis vna cum appensione sigilli dictae curiae de mandato ipsius domini auditoris signavi rogatus & requisitus in fidem, & testimonium, &c. Omnium praemissorum.

**LITERA EVGENII CANONICIS SANCTI**

Georgij in Allega concessa qua illos liberat a bonorum omnium decimis quae ipsi ad congregationem suam reduxerunt, & in posterum reducent.



**I**N NOMINE Domini nostri Iesu Christi eiusque gloriosissimae Genitricis semper Virginis Mariae. Amen. Hoc est exemplum siue transsumptum cuiusdam privilegij seu quarundam patentium literarum Apostolicarum sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Eugenij diuina prouidentia Papae IIII. eius vera bulla plumbea ad cordulam sirici rubei croceiq; coloris in pendentem munitarum more Romanae Curiae, non in caesarum, non abasarum, non abolarum, non viciatarum, nec in aliqua sui parte suspectarum, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentium, sumptum quidem scriptum, exemplatum & copiatum per me Ioannem notarium de Nimis subscriptum. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis videlicet.



**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam reuerentiam. Et si ex debito sollicitudinis pastoralis quibuslibet religiosis personis esse nos deceat in suis opportunitatibus fauorabiles, & benignos, tamen dilectos filios Canonicos de collegio seu congregatione sancti Georgij in Allega de Venetijs, Castellanensis Diocesis, qui pia & casta vitae studio intendentes mundanis abiectis illaetibus in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum exhibent altissimo famulatum affectuosiori studio confouere, ac propensioribus fauoribus prosequi tenemur, ut in eorum sanctis operibus, nil eos impediat, nil perturbet, sed nostrae sollicitudinis studio, amotis ab eis litium anfractibus, & turbationibus commotionum quibuslibet in suis necessitatibus subleuamen recipiant, ac placida quietis dulcedine gratulentur, cum itaque sicut accipimus licet dicti Canonici

nici a longis temporibus citra ratione sancti Georgij in Allega, & sancti Ioannis de golato, ac sancti Iacobi de Monte Silice, nec non sancti Augustini, & sanctorum firmi & Rustici de Leonico Castellensis, Paduanensis, & Vicentij Diocæsis, ac sancti Georgij in Braida, & sancti Angeli Veronensis, ac sancti Petri in Oliueto Brixiensis, & quâ plurium aliorum monasteriorum ecclesiarum, & locorum ecclesiasticorum in diuersis mundi partibus eis Canonice concessorum, quæ tenent, & possident, non modo a fructuum, reddituum, & prouentuum ex crescentium in agris, terris & possessionibus ad monasteria, ecclesias seu loca huiusmodi spectantibus aliarumque decimarum solutione cuiquam facienda exempti fuerint, & existant, ac etiam decimas, & ius decimæ di seu exigendi & præcipiendi illas ex fructibus, redditibus, & prouentibus in quibusdam alijs agris terris, & possessionibus ad diuersa alia monasteria ecclesias, & loca ecclesiastica nec non eorum, & alias ecclesiasticas, ac sæculares personas spectantibus, & pertinentibus, habuerintque & habeant, ipsasque decimas perceperint, & percipiant nec non tam in non soluendi, quam etiam in exigendi, & percipiendi decimas anteditas iuris possessione, vel quasi fuerint & existant, tam præfati Canonici pro eo quod Apostolicæ & aliæ literæ seu instrumenta publica super exemptionibus, & iure non soluendi, ac exigendi, & percipiendi huiusmodi confecta, vt pote vetustate cõsumpta, siue illorum quorum custodia mancipata fuere in curia, aut guerrarum varietate causantibus inrecuperabiliter sunt amissa, seu alijs quibusuis causis se super solutione decimarum, aut iure exigendi, & percipiendi per aliquos molestati posse dubitent tempore procedenti. Nos attendentes quod dicti Canonici in vitæ continentia, ac sancti monia, alijsque pluribus & diuersis virtutibus, nec nõ fructuosis operibus in dies multiplicant, & fidelibus partium quibus prope moram trahunt, castitatis, humilitatis, & multiplicis virtutis exemplum se præstant, ac propterea, vt Canonici de collegio seu congregatione huiusmodi præsentis & futuri eo liberius operibus, & virtutibus supra dictis insistant, quo ipsi eorumque ecclesiæ, atque loca sublatis ab eis quibusuis dispèdijs maioribus fauoribus & gratijs, fuerint per Sedem Apostolicam communiti eisq; & ipsorum statui super præmissis opportune prouidere volentes motu proprio non ad ipsorum Canoniorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam sed ex nostra mera liberalitate ex certa scientia autoritate Apostolica tenore præsentium prædicta, ac omnia & singula alia monasteria ecclesias, ac loca vbilibet consistentia quæ dictos Canonicos in posterum Canonice assequi cõtigerit ipsosq; Canonicos præsentis & futuros a quarũcumq; realium seu prædialium, & personarum cuique facienda ab illarum decimarum videlicet solutione quas per viginti annos continuo ipsi Canonici non soluerunt neque soluunt aut hi qui monasteria, ecclesias & loca quæ dictos Canonicos in posterum assequi contigerit, vt præfertur obtinuerunt, tempore assecutionis huiusmodi non soluerint neque soluent: & etiam ab solutione quarumcumq; decimarum de quibusuis noualibus quæ ipsi Canonici, vel aliæ personæ aliorum monasteriorum ecclesiarum & locorum, quæ dicti Canonici in posterum assequuntur, seu personæ tam ecclesiasticæ, quam sæculares quibus Ca-

B V L L A

nonici seu aliorum monasteriorum ecclesiarum, & locorum personæ prædicti illa in arendam seu locationem aut emphyteosim perpetuas, vel ad certum tempus concesserunt seu impostero concedent pro tempore suis proprijs manibus sumptibus & expensis, vel alias quouis modo iam reduxerunt, & ex quibus decimas non soluerunt, seu reducent quomodolibet in futurum perpetuo eximimus, & pœnitus liberamus. Itaque Canonici, & personæ prædicti ad solutionem decimarum huiusmodi cuiquam faciendam minime teneantur, neque ad id a quoquam quavis autoritate compelli possint inuiti. Iphis quoque Canonicis præsentibus, & futuris quascumq; reales seu prædiales & personales decimas in quibusuis rebus, & infra cuiuscumq; monasterij seu etiam parrochialis ecclesiæ, vel alterius cuiusuis limites, ac ius ipsas exigendi & percipiendi illas videlicet quas etiam per viginti annos continuo dicti Canonici prædictorum, quæ hætenus affecti fuerunt exegerunt & perceperunt, ac nunc exigunt & percipiunt nec non personæ aliorum monasteriorum ecclesiarum & locorum, quæ præfati Canonici in posterum assequetur ratione tempore affectuionis antedictæ exegerunt & perceperunt, ac tunc exigent & percipient, liberaliter donamus concedimus & assignamus decernentes ipsas decimas, ac ius illas exigendi & percipiendi quomodocumq; & qualitercumq; ipsa ad Canonicos, ac personas aliorum monasteriorum seu locorum prædictas peruenerint, & per eos possessa, nec nõ cuiuscumq; & quanticumq; annui redditus illa fuerint & fiant, ad eosdem Canonicos pleno iure spectare & pertinere, ac præsentis literas, & in eis cõtenta illorumq; effectus surreptionis, vel nullitatis, vel alterius cuiuscumq; exceptionis proponendæ seu appellationis interponendæ pro tempore, vel alterius cuiusuis coloris prætextu, seu occasione directe, vel indirecte per locorum ordinarios parrochialium ecclesiarum rectores, aut quoscumq; alios quomodolibet impediti, seu dictos Canonicos super præmissis, vel eorum occasione molestari quouis modo nullatenus posse, nec non omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias quos haberi, vel quas promulgari, ac totum id, & quidquid fieri contigerit quavis autoritate scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem continentiam, atque formam irrita & inania nulliusque fore roboris, vel momenti. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus, priuilegijsque, & indulgentijs, ac literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumq; tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter nõ inserta effectus earum impediti valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mētio specialis cœteri q; contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, donationis, concessionis, assignationis, & cōstitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datū Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto, sexto decimo. Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri, anno sexto decimo, decimas huiusmodi.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

I N




**N** nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno a Natiuitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi, Milleſimo, quadringentefimo, quadragentefimo octauo, in dictione vndecima die vero Mercurij quarta mensis Septembris Venetijs in Episcopali Palatio in audientia publica infra scripti Reuerendi domini Episcopi supra scriptum exemplum, seu transsumptum per me Ioannem notarium de Nimis ex supra scriptis authenticis patentibus literis Apostolicis sumptum, & scriptum Reuerendo in Christo Patri, & domino domino Laurentio Iustiniano Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Castellano, pro tribunali sedenti, insinuatum fuit, & ibidem coram Reuerendo domino Episcopo Castellano, fuit per me Ioannem, & seruum Gregorium donati polo, ac seruum Franciscum de Casali notarios publicos infra scriptos, præsentibus ibidem dono Marcho Torquato Diachono de Venetis, Nicolao Minotto de Lacanea Insulæ Cretenensis, clerico præfati domini Episcopi, & seruum Baldasare notario, quodam domini Alberti de Carauazio diligenter & fideliter auscultatum, & quoniam ipse Reuerendus dominus Episcopus inuenit, & ipsum exemplum, seu transsumptum cum correctione supra scriptorum duorum verborum, &c. Decimas huiusmodi per me ex errore, & lapsu omissorum cum dictis originalibus, & authenticis literis Apostolicis in omnibus, & per omnia concordare, vt eidem exemplo, seu transsumpto tanquam prædictis originalibus literis Apostolicis adhibeatur vbique locorum de cætero fides amplissima pro tribunali sedes suã illico interposuit autoritatem pariter, & iudiciale decretum mandans dictis, s. Gregorio, &, s. Francisco publicis imperiali autoritate notarijs, & mihi Ioanni notario infra scripto, vt ipsi exemplo, seu transsumpto in testimonium, & fidem nos subscribere deberemus, & ad ipsius exempli, seu transsumpti, & omnium prædictorum plenam fidem, & robur idem Reuerendus dominus Episcopus iussit ipsum exemplum Pontificalis sigilli sui appensione muniri.



**G**O Gregorius quodam Donati polo de Venetijs publica autoritate notarius, & iudex ordinarius supra scriptum transsumptum scriptum per seruum Ioannem de Nimis publicum imperiali autoritate notarium infra scriptum vna cum infra scripto Francisco de Nigris notario coram præfato Reuerendo domino Episcopo Castellano audiui, & auscultavi cum supra scriptis literis Apostolicis originalibus bullatis bulla plumbea sanctissimi olim in Christo Patris Domini Eugenij Papæ III. & qui ipsum transsumptum cum dictis originalibus literis Apostolicis in omnibus, & per omnia concordare inueni cum additione tamen duorum verborum videlicet decimas huiusmodi, quæ per ipsum Ioannem notarium per errorem omissa addita fuerunt in fine transsumpti iuxta continentiã priuilegij, ideo me cum signo, & nomine meis subscripsi in fidem & testimoniũ præmissorum.






**E**GO Franciscus de Nigris filius, s. Simonis de Casali maiori publicus imperiali autoritate notarius, ac iudex ordinarius supra scriptum transsumptum, scriptum per, s. Ioannem de Nimis publicum imperiali autoritate notarium infra scriptum vna cum supra scripto, s. Gregorio notario publico imperiale coram præfacto Reuerendo domino Episcopo Castellano audiui, & auscultavi cum supra scriptis literis Apostolicis originalibus bullatis bulla sanctissimi olim in Christo Patris domini Eugenij Papæ III. & qui ipsum transsumptum cū dictis originalibus literis Apostolicis in omnibus, & per omnia concordare inueni cum additione tamen duorum verborum, videlicet decimas huiusmodi, quæ per ipsum, s. Ioannem notarium infra scriptum per errorem omissa addita fuere in fine transsumpti iuxta cōtinentiam priuilegij, ideo me cum signo, & nomine meis subscripsi in fidem, & testimonium præmissorum.



**E**T ego Ioannes quondam Antonij de Nimis Aquilegensis Diocæsis publicus imperiali autoritate notarius, & iudex ordinarius, supra scriptum exemplum, siue transsumptum fideliter scripsi, copiaui, atque transsumpsi ab originalibus authenticis patentibus literis Apostolicis sanis, integris, & illæsis, non cancellatis, non abrasis, non vitiatis, non maculatis, nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentibus vera sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Eugenij diuina prouidentia Papæ III. Bulla Plumbea ad cordulam cirici rubei croceique coloris nil addens, mutans, vel minuens quod sententiam mutet, aut variet intellectum: addens, scribēs, & apponens manu propria illa duo verba, quæ in fine transsumpti continentur, videlicet, decimas huiusmodi, in ipsis originalibus literis Apostolicis contenta, & scripta, quæ verba a me per errorem, & calami lapsum omissa stare debent infra signum: de notatum in linea tertia decima post verbum percipiendi vbi demū sequitur per aliquos molestari, &c. Ipsum quoque transsumptum in hanc publicam, & authenticam formam redigi, & coram prælibato Reuerendo in Christo Patre, & domino domino Laurentio Iustiniano Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Castellano iudice ad hoc specialiter electo pro tribunali sedenti vna cum supra scriptis, s. Gregorio donari polo, &, s. Francisco de Nigris filio, s. Simonis de Casali maiori publicis authenticis, & fidedignis imperiali autoritate notarijs legi, & auscultavi. Et qui ipsum transsumptum repericum prædictis originalibus literis Apostolicis in omnibus cōcordare, ideo ipsum publicum, & in hanc publicam & authenticam formam redegi & hic me subscripsi. Signum quoque meum apposui consuetum in fidem, robur & testimonium omnium & singulorum præmissorum.



**ALIA** IPSIVS - EVGENII LITERA IN QVA VNIO-  
nem, & reductionem hospitalis sancti Eligij approbat, & confirmat, & di-  
ctum hospitale, ac Canonici ibi degentes omnibus præuilegijs, &  
gratijs a Sede Apostolica concessis post reductionem,  
& ante gaudere possint.



**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad fu-  
turam rei memoriam, Sedis Apostolicæ copiosa benig-  
nitas pijs quarumlibet Ecclesiasticarum præsertim stu-  
dio piæ vitæ, ac diuinis laudibus deditarum personarū  
votis libenter annuit, & illas, quæ ex ipsius concessione  
pro earum statu, & indemnitate processisse comperit  
vt illibata persistât libenter Apostolici adijcit munimi-  
nis firmitatem. Dudum siquidem pro parte dilecti filij  
nobilis viri Petri ducis Colimbriensis, & Regni Portu-  
galix gubernatoris nobis inter alia exposito, quod hos-  
pitale pauperum in honorem, & sub vocabulo sanctorum Pauli Apostolici Clementis  
martyris, & Eligij confessoris, quod bonæ memoriæ Dominicus Episcopus Vlixbo-  
nensis, tunc claræ memoriæ Dionisij Portugalix Regis Cancellarius de bonis a Deo si-  
bi collatis sub certis modis, & formis constitui, & ædificari fecerat, ac de bonis huius-  
modi dotauerat propter negligentiam, & incuriam eorum quibus gubernatio hospi-  
talis huiusmodi commissa fuerat, secundum dispositionem, institutionem, & volunta-  
tem dicti Episcopi neque rectum, neque gubernatum extiterat, prout tunc etiam mi-  
nime regebatur, seu gubernabatur. Nos dilecto filio Abbati Monasterio de Alcobaça  
Vlixbonensis Diocæsis eius proprio nomine non expresso alijs nostris literis dedimus  
in mandatis, vt se de tunc expositis diligenter informaret, & si per informationem  
huiusmodi ea vera fore reperiret super quod illius conscientiam onerauimus præfatū  
hospitale cum suis personis, ac membris, & pertinentijs dilectis filijs cœtui, siue societa-  
ti certorum Præsbyterorum secularium sub obedientia, & correctione venerabilis fra-  
tris nostri Ioannis Visentij, tunc Lamacæsis Episcopi in ecclesia sancti Saluatoris de Vil-  
lar defrades Bracharensis Diocæsis in communi videntium coniungeret, aggregaret, &  
connumeraret sub certis modis, & formis prout in dictis literis in quibus de confirma-  
tione per fælisis recordationis Bonifatium Papam, viij, prædecessorem nostrum super  
præmissis habita mentio facta non extitit, & quod inter cœtera dictum hospitale pro  
viginti pauperibus scholaribus inibi colligendis, & sustentandis competenter dotarū  
fuerat expressum extitit plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper  
pro parte dilectorum filiorum Canoniconum congregationis sancti Saluatoris in dicto  
hospitali degentium petitio continebat ipsi Canonici degentes dubitent dictas literas  
secundū præmissa surreptionis vitio subiaccere. Nos ne propterea Canonicos degentes  
prædictos super præmissis in posterum impeti, seu molestari contingat providere  
volentes

volentes charissimæ in Christo filix nostræ Hælisabetæ Portugalix Regine Illustris nobis super hoc humiliter supplicantis, & asserentium quod ad ipsarum literarum plenariam exceptionem processum fuit, prædictorum Canonorum degentium in hac parte supplicationibus inclinati volumus, & Apostolica autoritate, ac ex certa scientia decernimus quod literæ prædictæ, & processus desuper habiti ab ipsorū omnium datis nec non quæcumque inde secuta valeant plenamque roboris firmitatē obtineant in omnibus, & per omnia, ac si in eisdem literis de confirmatione Bonifacii facta huiusmodi mentio habita fuisset, & numerus viginti scolarium expressus nullatenus extitisset, & nihilominus processum, ac inde secuta prædicta rata, & grata habentes illa omnia & singula approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocínio communimus suppletes omnes defectus siqui forsan interuenerint in eisdem. Præterea quod hospitale sit reductum huiusmodi, & in eo pro tempore degentes Canonici non modo sibi sed etiam ante reductionem prædictam eidem hospitali per nos, vel Sedem Apostolicam seu alias quomodolibet concessis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, indulgētijs, & indultis, uti & gaudere possint, autoritate, & scientia præfatis indulgemus per præsentis. Volumus autem quod ad pauperes scholares, & mercenarios in ipsis literis contentos dispositio fundatoris huiusmodi alias seruari debeat. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in præfatis alijs nostris literis non obstare volumus cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ constitutionis, approbationis, confirmationis, communionis, suppletionis, voluntatis & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragesimo quinto, quarto decimo. Kalendas Aprilis Pontificatus nostri, anno sexto decimo.

Gratis de mandato D.N. Papæ.

ALIA IPSIVS EVGENII LITERA PRO  
Vnionē hospitalis sancti Eligij.

**E**VGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati monasterij de Alcobatia Vlixbonensis Diocesis: Salutē & Apostolicam benedictionem. Votis fidelium quorumlibet illis præsertim, quæ pias testantium voluntates, ut illæ mancipentur effectui, nec non diuini cultus augmentum, ac pauperum, & aliarum personarum utilitates respiciunt libenter annuimus, & ad ea prouidenda favorabiles volumus inueniri. Exhibita siquidē nobis nuper pro parte dilecti filij nobilis viri Petri ducis Colimbriensis, & regni Portugalix gubernatoris petitio continebat: quod licet olim

cet olim bone memoriæ Dominicus Episcopus Vlixbonensis clare memoriæ Dioni-  
 sij Regis Portugalix dum viueret cancellarius, ipsius Regis, & sive suorumque intē  
 dens saluti animarum, de bonis ei cęlitus ministratis, quoddam in honorem, & sub  
 vocabulo sanctorum Pauli Apostoli Clementis martyris, ac Eligij confessoris, in ci-  
 uitate Vlixbonensis in loco ad hoc congruo construxerit, seu construi fecerit hospita-  
 le illudque pro vno Prouisore, & duodecim Capellanis inibi in communi viuituris  
 ac missas, & alia diuina officia pro Regis & Episcopi prædictorum, aliorumque fide-  
 lium defunctorum remedio animarum in capella dicti hospitalis continuo celebra-  
 turis, nec non pro viginti pauperibus scholaribus in hospitali prædicto colligendis,  
 & sustentandis competenter dotauerit ipsius hospitalis visitationem decano qui es-  
 set pro tempore ecclesiæ Vlixbonensis committendo, tamen causantibus tractu tem-  
 poris negligentia, & incuria illorum qui ad præmissa perficienda & dirigenda depu-  
 tati fuere, supra dicta iuxta voluntatem & ordinationem dicti Episcopi desuper fa-  
 ctas minime seruata extiterunt, prout, nec ea neque etiam diuersa alia pia & honesta,  
 per eundem Episcopum ordinata seruantur in hospitali ante dicto. Quare pro par-  
 te eiusdem ducis & gubernatoris, nobis fuit humiliter supplicatum, vt hospitale præ-  
 fatum, cum membris, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis cętui & societati cer-  
 torum Præsbyterorū sęcularium sub obedientia & correctione venerabilis fratris no-  
 stri Ioannis moderni Episcopi Lamacensis in quadam domo, siue quodam loco san-  
 cti Saluatoris de Villar defrades nuncupata, siue nuncupato Bracharensis Diocęsis,  
 secundum certam regulam in communi viuientium coniungere & aggregare, ac alias  
 in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur  
 qui de præmissis certam noticiam non habemus huiusmodi supplicationibus incli-  
 nati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus super præmissis, &  
 eorum circumstantijs autoritate nostra te diligenter informes, & si per informationē  
 eandem ita esse reperiris super quo tuam conscientiam oneramus, hospitale supra  
 dictum cū suis personis, ac membris & pertinentijs præfatis cętui siue societati atq;  
 consortio dictorum Præsbyterorum eadem autoritate coniungas aggreges & cōmu-  
 neres, ita quod ex tunc in antra cum præfatis Præsbyteris vnum censeantur, nec nō  
 Episcopo Lamacensis prædicto, ac alio, vel alijs sub cuius seu quorum obediētia ipsos  
 Præsbyteros pro tempore degere contigerit, ad instar eorundem Præsbyterorū sub-  
 sint, & ei vel eis obedientes esse teneantur. Et nihilominus vniuersis & singulis perso-  
 nis in huiusmodi hospitali pro tempore degentibus, vt quibuscumque priuilegijs, in-  
 dulgentijs, libertatibus, exemptionibus, & indultis, Præsbyteris, ac cętui, siue societati  
 huiusmodi per Sedem Apostolicam, vel alias quomodolibet concessis, & conceden-  
 dis, vti & gaudere libere liciteque valeant in omnibus, & per omnia, ac si hospitali,  
 & illius personis huiusmodi concessa forent autoritate Apostolica tenore præsentium  
 indulgemus. Non obstantibus voluntate, & ordinatione Episcopi huiusmodi, illis  
 alias in omnibus quo ad collectionem pauperum scholarum & sustentationem eorū  
 dem in dicto hospitali semper saluis, & quas nullatenus postponi volumus, ac consti-  
 tutionibus

B V L L A

tutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque. Datis Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quadragésimo, quarto Kalendas Octobris Pontificatus nostri, anno decimo.

Ia. de Caluis.

LITERA CLEMENTIS PAPÆ IN QVA R. A.

*pro fides* tificat approbat, & confirmat literam Leonis Papæ Canonicis concessam ne processionibus aliquibus tam generalibus, quam spicialibus interesse tenerentur.



CLEMENTIS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Rectori, & Canonicis domus sancti Ioannis Elborensis congregationis sancti Georgij in Allega Venetiarum, Salutem & Apostolicam benedictionē. Rationi congruit, & conuenit æquitati, vt ea quæ de Romanis Põtificibus gratia processerunt licet eius superueniente obitu literæ Apostolicæ super illis confectæ nõ fuerint, suum sortiantur effectum. Dudum siquidem fælisis recordationis Leoni Papæ. X. prædecessori nostro pro parte vestra exposito quod licet omnibus & singulis Rectoribus, Canonicis, clericis, & personis cõgregationis sancti Georgij in Allega Venetiarum inter alia quod ipsi, Sinodalibus processionibus & generalibus conuocationibus, seu congregationibus quibuscumque

quacumque autoritate illas indici contingeret interesse minime tenerentur Apostolica fuisset autoritate indultum, tamen alias cum vos pro parte venerabilis fratris nostri tunc moderni Episcopi Elborensis, vt certæ processionis extraordinariæ per eum indictæ, & cui ipse personaliter interesse nõ curabat, interessetis forsan sub certis tunc expressis censuris & pœnis requisiti fuissetis, vosq; ab interessentia huiusmodi aqua dicta Apostolica autoritate affirmabatis vos prorsus esse exemptos excusassetis, ac dictæ requisitioni parere tenuissetis dictus Episcopus super hoc ab eodem prædecessore quasdã in forma breuis ad beatæ Mariæ da Graça heremitarum sancti Augustini, & eiusdem beatæ Mariæ Carmelitarum de Moura Elborensis ciuitatis & Diocesis, ordinum Domorum Priores cum expressione quod ipse da Graça, ac de Moura domus monasteria, & tacito quod ordinum mendicantium existerent sub certa forma literas impetrauit, & illarum prætextu vos, vel aliquos vestrum coram tunc Priore dictæ domus da Graça fecit ad iudicium euocari ipseque Prior domus da Graça in causa huiusmodi sibi placuit procedens duos nominatim hæreticos eo quod aliqua verba minus modesta in dictum Episcopum, vel eius autoritatem pro tulisse dicebantur, reliquos vero ex vobis eo quod ipsius Episcopi mandato in præmissis non obtemperaueratis excommunicatos per eius sententiam declarauit, a qua pro parte

vestra

vestrâ ad Sedē Apostolicâ appellato, & causa appellationis huiusmodi certo causarum  
 Palatij Apostolici auditori per dictū prædecessorē cōmissa, & per ipsum auditorem in  
 causa appellationis huiusmodi ad decretū citationis dūtata processu, dictus Episcopus  
 vestris, vel aliquorū ex vobis iustis & humilibus precibus motus dictæ sententiæ  
 expresse renūtiavit, & vobis veniā quorūcumq; , quæ in ipsum Episcopū præmissorū  
 occasione quomodolibet cōmiseratis cōcessit, assensitq; quod vos, & qui eius tēpore  
 forent Rector & Canonici domus vestrę sancti Ioānis Elborensis dictæ congregatio-  
 nis priuilegijs indultis & exēptionibus vobis concessis ex tūc deinceps in ciuitate, &  
 Diocæsi prædictis, atq; alibi vti libere possētis prout in quadā scriptura ipsius Episcopi  
 manu subscripta, & sigilli impressione munita plenius dicebatur contineri. Et in  
 eadem expositione subiuncto quod tam sancti Ioānis prædicta quam cæterę omnes  
 dictæ congregationis in Regno Portugalliæ existentes domus quæ sex numero erant  
 indulto exemptionis non interessendi processionibus huiusmodi vsque ad diem di-  
 ctæ requisitionis pacifice & quiete vsq; fuerant prout reliquæ. Quinque domus prædi-  
 ctæ utebantur, & tam super præmissis, quam alijs concessis vobis à dicta Sede priuile-  
 gijs, & immunitatibus per locorū ordinarios eorumq; officiales & ministros prout  
 in vos ceptum fuerat possētis de facili molestari nisi essent qui vobis Apostolico ad-  
 essent præsidio, ac pro parte vestra eidem prædecessori humiliter supplicato quod pri-  
 uilegia quicumque vobis concessa approbare & confirmare aliasq; in præmissis oportune  
 providere de benignitate Apostolica dignaretur. Idem prædecessor vestrū singu-  
 los à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque ecclesiasticis sen-  
 tētijs, cēsuris & pænis, à iure vel ab homine quauis occasione, vel causâ latis si quibus  
 quomodolibet innodati existebatis ad effectum infra scriptorū dūtata consequendū  
 absoluens, & absolutos fore censens, causamque ad se aduocans, & litem huiusmodi  
 pænitus extinguens, ac renuntiationem prædictam, & alia in dicta scriptura contenta  
 rata & grata habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus. Sub datis videlicet ter-  
 tio Kalēdas Septēbris Pōtificatus sui anno sexto, autoritate Apostolica priuilegia que  
 cumq; vobis cōcessa approbavit & cōfirmavit, quod prædictarū sex & aliarū si in di-  
 cto Regno instituerētur dictæ cōgregationis domorū Rectores & Canonici tūc & pro  
 tēpore existentes aliquibus processionibus generalibus, vel specialibus quauis autori-  
 tate pro tēpore indictis interesse minime tenerentur, neq; cōtra indultū, & exemptio-  
 nē huiusmodi per locorū ordinarios, aut quoscūq; alios cogi possent, sed ab illis prout  
 antedictā molestiam exempti fuerant perpetuo exempti & Sedi prædictæ immediate  
 subiecti existerent decreuit. Non obstantibus præmissis, ac vltimi Lateranensis Con-  
 cilij, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Sinodalibus Cōcilij edi-  
 tis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus priuilegijs quoq;  
 indultis & literis Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque. Ne autem de ab-  
 solutione, aduocatione, extinctione, ratihabitione, approbatione, cōfirmatione, ac de-  
 creto prædictis pro eo quod super illis literę ipsius Leonis prædecessoris eius super-  
 ueniente obitu confectæ non fuerunt valeat quomodolibet hæsitari vosque, & alij

Rectores & Canonici huiusmodi illorum frustrumini effectu, volumus & Apostolica etiam autoritate decernimus quod absolutio, aduocatio, extinctio, rati habitio, approbatio confirmatio, ac decretum prædecessoris huiusmodi per inde à dicta die tertio Kalendas Septembris suum sortiantur effectum, ac si super illis literæ ipsius prædecessoris sub eiusdem diei datis contentæ fuissent prout superius enarratur, quodq; præsentis literæ ad probandum plene absolutionem, aduocationem, extinctionem, rati habitio nem, approbationem, confirmationem, & decretum prædecessoris huiusmodi ubiq; sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, vigesimo tertio, sexto Kalendas Decembris, Pontificatus nostri, anno primo.

ALIA IPSIVS CLEMENTIS LITERA CONSERVATORIA qua literam præcedentem effectum plenum sortiri præcepit.



**I**N NOMINE Domini, Amen. Saibam quantos este præsentis publico instrumento de trespado de hũa conseruatoria Apostolica, dado per autoridade ordinaria virem que no anno de nosso Senhor Iesu Christo de mil & quinhentos & vinte cinco annos, aos xvij. dias do mes de Janeiro do dito anno: Em a muy noble & sempre leal Cidade de Lixboa, dentro nas casas de morada do Egregio Senhor Doctor Iorge Themudo Desembargador & Vigairo Geral, pello Illustrissimo, & muyto excellente Principe o Senhor Cardeal Infante de Portugal, Governador, & Administrador do Arcebisgado de Lixboa, & Bispados de Euora & Viseu, &c. Estando elle dito Vigairo hi, logo em sua presença, & de mi publico notario autoritate Apostolica, & testium infra scriptorum, personaliter: Pareceo o Reuerendo Padre Ioão de Sancto Antonio Rector Geral da congregação de sam Ioão Euangelista, & em seu nome & da dita congregação apresentou hũa letra & bulla Apostolica conseruatoria, concedida à toda a dita ordem, pello Sanctissimo Clemente Papa VII. nunc na igreja de Deos Presidente, escripta em pergaminho com suas signaturas plumbada & sellada de hum sello de chumbo, & pendente per hum cordel branco de canamo, que de todo vicio & suspeição parecia prima facie carente, da qual o trespado de verbo ad verbum sequitur, & est talis.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus patri-  
 bus Columbriensis, E Egitainensis Episcopis, ac dilecto filio officiali Viix  
 bonensis: Salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie à nobis ema-  
 narunt literæ tenoris subsequens. Clemens Episcopus seruus seruo-  
 rum Dei. Dilectis filijs Rectori, & Canonicis domus sancti Ioannis Elborensis congre-  
 gationis sancti Georgij in Allega Venetiarum: Salutem & Apostolicam Benedictio-  
 nem. Rationi congruit, & conuenit æquitati, vt ea quæ de Romani Pontifici gratia  
 processerunt, licet eius superueniente obitu literæ Apostolicæ super illis confectæ nõ  
 fuerint suum sortiantur effectum. Dudum siquidem fælucis recordationis Leoni Pa-  
 pæ. X. prædecessori nostro pro parte vestra exposito quod licet omnibus & singulis  
 Rectoribus, Canonicis, clericis, & personis cõgregationis sancti Georgij in Allega Ve-  
 netiarum, inter alia quod ipsi Sinodalibus processionibus, & generalibus conuocatio-  
 nibus, seu congregationibus quibuscumque quacumque autoritate illas indici con-  
 tingerit interesse minime tenerentur Apostolica fuisset autoritate indultum: tamen  
 alias cum vos pro parte venerabilis fratris nostri tunc moderni Episcopi Elborensis,  
 vt certæ processioni extra ordinarie per eum in dictæ, & cui ipse personaliter inte-  
 resse non curabat interessentis forsan sub certis tunc expressis censuris & pœnis re-  
 quisiti fuissetis vosque ab interessentia huiusmodi à qua dicta Apostolica autorita-  
 te affirmabatis vos prorsus esse exemptos excussassetis, ac dictæ requisitioni parere  
 renuissetis, dictus Episcopus super hoc ab eodem prædecessore quasdam in forma  
 breuis ad beatæ Mariæ da Graça heremitarum sancti Augustini, & eiusdem beatæ  
 Mariæ Carmelitarum de Moura Elborensis ciuitatis, & Diocæsis ordinum domo-  
 rum Priores cum expressione quod ipse da Graça, ac de Moura domus, monasteria,  
 & tacito quod ordinum mendicantium existerent, sub certa forma literas impetra-  
 uit, & illarum prætextu vos vel aliquos vestrum coram tunc Priori dictæ domus da  
 Graça fecit ad iudicium euocari, ipseque Prior domus da Graça in causa huiusmo-  
 di prout sibi placuit procedens duos nominatim hæreticos eo quod aliqua verba mi-  
 nus modesta in dictum Episcopum, vel eius autoritatem protulisse dicebantur: Re-  
 liquos vero ex vobis eo quod ipsius Episcopi mandato in præmissis non obtempe-  
 raueratis excommunicatos per eius sententiam declarauit: a qua pro parte vestra ad  
 Sedem Apostolicam appellato, & causa appellationis certo causarum palatij Aposto-  
 lici auditori per dictum prædecessorem commissa, & per ipsum auditorẽ in causa ap-  
 pellationis huiusmodi ad decretũ citationis dütaxat processu dictus Episcopus vestris  
 vel aliquorum ex vobis iustis & humilibus precibus motus dictæ sententiæ expresse  
 renunciauit, & vobis veniam quorumcumque quæ in ipsum Episcopum præmissio-  
 rum occasione quomodolibet comiseratis concessit assensitque quod vos, & qui eius  
 tempore forent Rector, & Canonici domus vestræ sancti Ioannis Elborensis con-  
 gregationis, priuilegijs, indultis, & exemptionibus vobis concessis ex tunc de inceptis  
 in ciuitate, & Diocæsis prædictis, atque alibi vti libere possētis prout in quadam

scriptura ipsius Episcopi manu subscripta, & sigilli impressione munira plenius dicebatur contineri, & in eadem expositione subiuncto quod tam sancti Ioannis prædicta quam ceteræ omnes dictæ congregationis in Regno Portugallia existentes domus, quæ sex numero erant indulto exemptionis non interessendi processionibus, huiusmodi usque ad diem dictæ exquisitionis pacifice & quiete usque fuerat prout reliquæ quinque domus prædictæ utebantur, & tam super præmissis, quam alijs concessis vobis a dicta Sede privilegijs, & immunitatibus per locorum ordinarios eorum officiales & ministros prout in vos ceptum fuerat possētis de facili molestari nisi essent qui vobis Apostolico adessent præsidio, ac pro parte vestra eidem prædecessori humiliter supplicato quod privilegia quæcumque vobis concessa approbare, & confirmare aliasque in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaretur. Idem prædecessor vestrum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis a iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quodlibet innodati existebatis ad effectum infra scriptorum dumtaxat consequendum absoluens, & absolutos fore censens, causamque ad se aduocans & litem huiusmodi pœnitus extinguens, ac renuntiationem prædictam, & alia in dicta scriptura contenta rata & grata habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus sub datis videlicet tertio Kalendas Septembris Pontificatus sui anno sexto autoritate Apostolica, privilegia quæcumque vobis concessa approbavit & confirmavit quod prædictarum sex & aliarum si in dicto Regno instituerentur dictæ congregationis domorum Rectores & Canonici tunc, & pro tempore existentes aliquibus processionibus generalibus, vel specialibus quavis autoritate pro tempore indictis interesse minime tenerentur neque contra indultum, & exemptionem huiusmodi per locorum ordinarios, aut quoscumque alios cogi possent sed ab illis prout ante dictam molestiam exempti fuerant perpetuo exempti, & Sedi prædictæ immediate subiecti existerent decrevit. Non obstantibus præmissis, ac vltimi Lateranensis Concilij, & quibusvis alijs Apostolicis, ac in provincialibus & sinodalibus concilijs æditis generalibus, vel specialibus cōstitutionibus, & ordinationibus privilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis cœterisque contrarijs quibuscumque. Ne autem de absolutione aduocatione, extinctione, ratihabitione, approbatione, confirmatione, ac decreto prædictis pro eo quod super illis literæ ipsius Leonis prædecessoris eius superueniente obitu confectæ non fuerunt valeat quodlibet hesitari vosque & alij Rectores & Canonici huiusmodi illorum frustrèmini effectu, volumus, & Apostolica etiam autoritate decernimus quod absolutio, aduocatio, extinctio, ratihabitio, approbatio, cōfirmatio & decretum prædecessoris huiusmodi per inde a dicta die tertio Kalendas Septembris suum sortiatur effectum, ac si super illis literæ ipsius prædecessoris sub eiusdem diei datis confectæ fuissent prout superius enarratur, quodque præsentis literæ ad probandum plene absolutionem aduocationem, extinctionem, ratihabitionem, approbationem, confirmationem, ac decretum

decretum prædecessoris huiusmodi ubique sufficient nec ad id probationis alterius ad miniculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius senouerit incursum, Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Milleesimo, quingentesimo, vigesimo tertio, sexto Kal. Decembris Pontificatus nostri anno primo. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios dictis Rectoribus, & Canonicis, quoties pro eorum parte fueritis desuper requisiti, in præmissis etficacis defensionis præsidio assistentes autoritate nostra faciatis literas præ insertas huiusmodi, & in eis contenta quæcunque plenum effectum sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, non permittentes quenquam contra illarum tenorem per locorum ordinarios, aut alios quoscunque modo aliquo molestari, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus omnibus supradictis, seu si locorum ordinarijs prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Milleesimo, quingentesimo, vigesimo tertio, sexto Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

É apresentada assi a dita bulla conseruatoria Apostolica como dito pello dito padre Rector gèral em seu nome, & de toda a congregação da dita ordem de sam Ioam Euangelista foy pedido ao dito vigairo, que da dita bulla lhe mandasse dar o treslado em publica forma que fizesse fè, assi em juyzo, como fora delle com o proprio original, porque estaua em necessidade de mandar a dita bulla a algúas partes outras, & casas da dita ordem, & se temia perderse per qualquer caso que acontecer podesse, no que receberia grande perda, & visto todo pello dito vigairo, tomou a dita bulla em suas maõs, & a vio, & examinou toda, & polla ver como dito he, lhe mandou dar o treslado da dita bulla como lhe era pedido, interpondo pera isso como interpos sua autoridade ordinaria com interposição de degredo, quanto com direito deuia, & podia, & que assi, & tam inteiramente fizesse fè em juyzo, & fora delle, como se o proprio original mostrasse: Testemunhas que a todo forão presentes, & assi o virão, & ouuirão chamados, rogados, & requeridos, o Bacharel Ioão Velho, Dinis Fernandez, & o padre Felix, & outros.






V Diogo Trauaço Beneficiado na Igreja de Sancta Maria da Villa Da-  
lamquer publico notario Apostolico autoritate Apostolica na Cidade  
de Lixboa morador, que a todo fui presente cõ as ditas testemunhas, &  
em minhas notas tomei, donde este per minhas occupações a meu fiel  
escriuão fiz tresladar, & cõ o proprio original todo per mi concertado: &  
em fee & testemunho de todo o sobredicto alsinei aqui de meu publico sinal, que tal  
he, em o dia, mes, & era, vt dixi, Rogatus atque requisitus: & pera mais firmeza, o dito  
senhor Vigairo mādou, que este passasse pola Chancellaria do senhor Cardeal, & cõ  
seu sello empendente cõ o sinal publico de mi notario, & assi passou, & nam faça du  
uida onde diz Governador, nem onde diz nunc, nem menos na antrelinha, que diz, ap  
probatio, porque todo se fez por verdade, & per mi escriuão foi feito, emmen dado,  
& ressaluado antes de meu publico sinal em fee & testemunho de verdade.

**BVLLA ANTONII CARDINALIS DE SPICIALI**

mandato Clementis Papæ qua tertis diebus festiuis tempore interdicti apertis ia-  
nuis pulsatis campanis excõmunicatis tamen, & nominatim interdictis exclu-  
sis licite celebrare, & defunctos Canonicos, & familiares cum honesta  
funerali pompa sine pulsu campanarum ecclesiasticæ sepul-  
turæ tradi posse concedit.



**ANTONIVS** Miseratione diuina tituli Sanctorum  
quatuor coronatorum Præsbyter Cardinalis. Dilectis  
in Christo Canonicis sæcularibus in communi viuenti  
bus congregationis sancti Ioannis Euangelistæ ad in-  
star sancti Georgij in Allega Venetiârũ in Regno Por-  
tugaliæ, Salutem in Domino. Ex parte vestra fuit pro-  
positum coram nobis quod vos ob singularem quam  
ad festiuitates domini Sabbaoth, & Natiuitatis, Anũtia-  
tionis, & Assumptionis, ac etiam Conceptionis beatæ  
Mariæ Virginis, nec non Natiuitatis sancti Ioannis Ba-  
ptistæ, ac Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Iacobi, Andreæ, & Ioannis Euange-  
listæ geritis deuotionis affectum, desideratis quotiens loca vbi ecclesiæ vestræ con-  
sistũt generali interdicto supponi cõtigerit dictis festiuitatibus in eisdem vestris ec-  
clesijs missas, & alia diuina officia pulsatis campanis, & ianuis appertis, ac excom-  
municatis, & nominatim interdictis exclusis, licite celebrare, ac defunctorum ve-  
strorum, & familiæ vestræ corpora cum honesta funerali pompa ecclesiasticæ sepul-  
turæ tradere posse: ac dominicis, & alijs festiuis diebus quibus ex aliquorum in-  
stitutione missæ peculiare de aliquo certo sancto, vel pro defunctis, aut alias ce-  
lebrari deberent illas de concurrenti officio celebrare posse super quibus supplicari  
fecistis humiliter vobis per Sedem Apostolicam de opportuno remedio mir prouidi-  
deri.

deri. Nos igitur vestris pijs in hac parte supplicationibus indinata autoritate domini Papæ cuius præsentariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viux vocis oraculo nobis facto, vobis quotiens loca vbi ecclesiæ vestræ consistunt generali interdicto ordinaria autoritate supponi contigerit dicti festiuitatibus domini & beatæ Mariæ, ac Apostolorum missas, & alia diuina officia in vestris ecclesijs pulsatis campanis & ianuis apertis excommunicatis tamen, & nominatim interdictis exclusis, celebrare, ac vestrum & familiæ vestræ pro tempore defunctorum corpora cum honesta funerali pompa intra septa monasterij, & sine pulsu campanarum ecclesiasticę sepulturę tradere. Ac dominicis & alijs festiuis diebus quascumque missas votiuas, & alias per quoscumque sub certo officio quocumque celebrari dimissas de officio illis diebus concurrenti dummodo vnam collectam de illo officio de quo missa celebrari debeat recitetis celebrare, & quotiens ob missarū multitudinem in aliqua vestra ecclesia illius sacerdotes illas celebrare in totum non poterint ad alias vestræ congregationis ecclesias celebrandas transmittere libere, & licite valeatis tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque. Datis Bononiæ sub sigillo officij præsentarię, quinto Kalendas Martij Pontificatus Domini Clementis Papæ VII. anno decimo.

**L**ITERA CANONICORVM LATERANENSIS  
 ecclesiæ vna cum autoritate Cardinalis de Fernezeo huic congregationi  
 concessa quam sub protectione sua, & iuris  
 dictione recipiunt.



**A**PITVLVM, Et Canonici Sacrosanctæ Lateranensis ecclesiæ. Dilectis nobis in Christo venerabilibus patribus Generali & Canonicis congregationis sancti Ioannis Euangelistæ Regni Portugallia ad instar sancti Georgij Veneriarum, Salutem & sinceram charitatem in domino. Vere deuotionis affectus quam ad Sacrosanctam Lateranensem ecclesiã, & nos gerere cõprobamini non indigne meretur, vt vestris votis per quæ diuinus cultus suscipiat incrementum, & fidelium salus procuretur quantum ex benignitate Sedis Apostolicæ possumus fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, vos certa vestra monasteria videlicet sancti Ioannis Euangelistæ de Xobregas sancti Alodij Vlixbonensis ciuitatis sancti Saluatoris de Villar defrades, beatæ Mariæ de Consolatione ciuitatis Portugalensis sancti Georgij de Racionensis, sancti Ioannis ciuitatis Elborensis Beatæ Mariæ de Succursu de auditibus, ac beatæ Mariæ de Assumptione de Raiolos vna cum prædictis ecclesijs Lateranensis ecclesiæ, & nobis submittere desiderare, ac sub dictæ Lateranensis ecclesiæ & nostra iurisdictione, ac protectione esse, dummodo omnibus & singulis indulgentijs priuilegijs indultis, & gratijs quibus aliæ ecclesiæ & monasteria alia Lateranensis ecclesiæ, & nobis subiecta, &

subiectæ ex indultis Apostolicis Lateranensis ecclesiæ, & nobis concessis vtuntur potiuntur, & gaudent ecclesias prædictas cum dictis monasterijs vt, potiri, & gaudere posse concederemus, & propterea, vt ad huiusmodi vestrum desiderium accederemus prædictasque ecclesias cum dictis monasterijs sub nostra, & Lateranense ecclesiæ iurisdictione, & protectione, vt præmittitur admitteremus nos rogare fecistis. Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi Christi fidelibus futuram non inutilem volentesque idcirco vestro desiderio satisfacere: vna cum autoritate Reuerendissimi in Christo Patris, & domini domini Alexandri Episcopi Hostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Farnesio Archipræbyteri Lateranensis in eadem Lateranensis ecclesia, vt moris est capitulariter congregati submissionem prædictam dictarum ecclesiarum cum dictis monasterijs admittentes easdem cum dictis monasterijs, & omnibus iuribus, & pertinentijs earum sub nostra, & Lateranensis ecclesiæ iurisdictione & protectione recipimus, nec non omnibus, & singulis indulgentijs, privilegijs, indultis & gratijs, quibus alię ecclesiæ & monasteria alia Lateranensis ecclesiæ, & nobis subiectæ & subiecta ex indultis Apostolicis eidem Lateranensis ecclesiæ, & nobis concessis vtuntur, potiuntur, & gaudent easdem ecclesias cum monasterijs prædictis vt, potiri & gaudere volumus concedimus & significamus, vt autem ecclesiæ & monasteria prædicta magis instaurentur, & paramentis, ac alijs ad diuinum cultum facientibus ornentur, omnibus & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus grata impendētibus subsidia, & manus porrigentibus adiutrices.

¶ Decem annos, & totidem: Quatragenas de iniunctis eis pœnitentijs in domino relaxari, nec non a Domino Deo nostro Salvatore omnium in cuius nomine Lateranensis ecclesia principaliter fuit constructa, & sub vtriusque Ioannis beatorum vocabulo insignita, eos iuxta deuotionis affectum & subsidij quantitatem suorum remissionē peccatorum, & animarum suarum salutem aliasque indulgentias ex plurimorum Romanorum Pontificum indultis Lateranensis ecclesiæ, & membris eius, ac nobis concessis miri consequi præsertim in festiuitatibus sanctorum prædictorum, & gloriosissimæ Virginis Mariæ significamus, volumus autem quod recognitione domini nostri & protectionis huiusmodi singulis annis hic Romæ in manibus camerariorum nostrorum, vel nostrorum commissariorum alibi existentium vnum ducatum auri pro cera pro diuino cultu in Lateranense ecclesia emenda persoluatis. Et de quinto decimo in quintum decimum annum pro renouatione concessionis huiusmodi mittere teneamini & mittatis. In quorum omnium & singulorum fidem robur & testimonium præsentis literas manibus camerariorum, nostrorum, Canonorum, subscriptas, & nostri capitularis sigilli appensione munitas fieri fecimus. Datum Romæ in ecclesia Lateranensi, anno Natiuitatis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, trigésimo tertio, die vigésima nona mensis Nouembris, Pontificatus vero sanctissimi in Christo Patris, & domini domini nostri domini Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno vndecimo in Aula.



## ALIA LITERA CANONICORVM LATERANENSIS

Ecclesiæ de institutione, & anulacione census quem annuatim tenebamur prædictæ Lateranensi ecclesiæ soluere.



**I**N Nomine Domini, Amen. Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo, quingentefſimo, trigefſimo quarto, In dictione ſeptima die vero penultima menſis Maij Pontificatus ſanctiſſimi, & domini noſtri domini Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno vndecimo, in mei notarij præſentia teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, præſentia infra ſcripti domini Canonici ſacroſanctæ Lateranenſis eccleſiæ, in eadē Lateranenſis eccleſia, vt moris eſt ad ipſius negotia per agenda capitulariter congregati vna cum Reuerendo patre domino Hieronymo de Verallis Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & domini domini Alexãdri Epifcopi Oſtienſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis de Farnefio Archiepræsbyteri Lateranenſi Vicario ibidem præſente, & ſuam autoritatem interponente pariter, & decretum videlicet Reuerendus dominus Epifcopus ſignus, dominus Hieronymus Franquetis, Pomponius Cecius, Ioannes Baptiſta, Laurentius Hieronymus, Colonius Petrus Viçtor, Gaſpar Scaputius, Dominicus Mocius, Io, Mariæ de Valle, Bernardinus Cocinus, Paulus Iuuenalis, Gentilis Del funis, Ioannes Baptiſta Bellantibus, Franciſcus Bantagius, Antonius Capreolus, maior pars capituli & Canonicorum in Vrbe exiſtenti, ad præſens, & pro abſentibus de rato promittentes rogari, vt cum alias dilectis patribus venerabilibus generali & fratribus congregationis ſancti Ioannis Euangeliftæ Regni Portugallia ad inſtar ſancti Georgij in Allega Venetiarum eiſdem, ad eorum inſtante petitione & ſubmiſſione certorum eiufdem congregationis monaſteriorum cum eccleſijs videlicet ſancti Ioannis Euangeliftæ de Xobregas, ſancti Alodij Vlixbonenſi ciuitatis, ſancti Saluatoris de Villar defrades, beatæ Mariæ de Conſolatione ciuitatis Portugallenſis, ſancti Georgij de Raciã, ſancti Ioannis ciuitatis Elboreniſis, beatæ Mariæ de Sucuſu de auditibus, ac beatæ Mariæ de Aſſumptione de Raiolos monaſteria, & eccleſias prædictas ſubditorum capituli & Canonicorum, ac dictæ ſacroſanctæ Lateranenſis eccleſiæ iuriſdictionem protectionem admiferint, & receperint dictiſque monaſterijs, & eccleſijs conceſſerint & conceſſum eiſdem fuiſſe iuxta priuilegia Apoſtolica Lateranenſis eccleſiæ a ſummis Pontificibus attributa & innouata ſignificauerint, vt omnibus & ſingulis indulgentijs, priuilegijs, indultis & gratijs, quibus alię eccleſiæ, & monaſteria eidem Lateranenſis eccleſiæ ſubiectæ ex indultis Romanorum Pontificum eidem Lateranenſis conceſſis vtuntur, potiuntur, & gaudent dicta monaſteria cum dictis eccleſijs vti potiri & gaudere poſſe, & debere cum conditione quod ſingulis annis pro recognitione dominij, & admiſſionis prædictæ, tenerentur ſoluere ducatum vnum auri pro cera in Lateranenſe eccleſia pro cultu diuino emēda, & de quinto decimo in quintum decimum annum pro renouatione dictæ admiſſionis, & protectionis tenerentur mittere prout latius in certis literis dictorum capituli & Canonicorum ſuper præ-

missis confectis sub data videlicet vigesima nona Nouembris Millefimi, quingentesimi, trigefimi tertij, plenius continetur dictum annum censum extinguere, dictamq; conditionem de reuocatione de quinto decimo, vt præmittitur cassare, & annullare vellent, & dignarentur, nunc & perpetuis futuris temporibus, idque sine iactura eorumdem, & dictæ Lateranensis Ecclesiæ, immo potius cum euidenti vtilitate proque compensatione dictæ extinctionis, annullationis, & cassationis ducatos auri triginta ex quibus redditus Romæ emi potest fere trium ducatorum annuatim soluere obtulerint, prout soluerunt, idque in vtilitate dictæ Lateranensis Ecclesiæ, & commoditate manifeste cedat; hinc est, quod congregati supra dictum annum censum vnus ducati, & conditione de renouando de quinto decimo in quintum decimum perpetuo extinxerunt, annullauerunt, & cassauerunt, & de dictis pecunijs censum perpetuum Romæ emere in euidentem vtilitatem Lateranensis Ecclesiæ promiserunt, supra quibus omnibus & singulis supra dictis domini Canonici rogauerunt me notarium infra scriptum, vt de præmissis cōficerem vnū, vel plura instrumentum, seu instrumenta, acta fuere hæc Romana in Ecclesia Lateranēsi, & capitulo prædictis, anno, die, indictione, pontificatu quibus supra præsentibus ibidem duo colacasio clerico Romano, & domino Nicolao Angelo de Alue testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis.



**T** ego Rimerius de Mangnius clericus Auinionensis publicus auctoritate Apostolica notarius ac in archiuio Romanæ curiæ descriptus quia præmissis omnibus, & singulis dum vt sic præmittitur fierent, & agerentur vna cum prænotatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, ideo hoc præsens publicum instrumentum extinctionis, cassationis, & annullationis manu alterius scriptum ex inde confeci, & publicæ ac inde in publicam formam redegī: &c. Signoque & nomine meis solitis, & consuetis me lignaui in fidem præmissorum rogatus, & requisitus.

TRANSUMPTVM PRÆVILEGIORVM SANCTI

Ioannis Lateranensis Ecclesiæ, & per consequens huius congregationis, quæ à diuersis summis Pontificibus fuerunt emanata.

**G**REGORIVS Peruscius Episcopus Thelesinensis ac domesticus familiaris sanctissimi domini nostri Papæ vniuersis, & singulis præsentibus literas, siue hoc præsens publicum transumpti instrumentum inspecturis, lecturis pariter, & audituris: Salutem in domino sempiternam, notum facimus, & attestamus per præsentibus quoad infra scriptas bullas originales à nonnullis Romanis Pontificibus respectiue emanatas sub plumbo, vt moris est expeditas, sanas, & integras, ac omni suspitione carentes, vt ex illarum prima facie apparebat, quare pro parte venerabilium patrum generalis, & Canoniconum congregationis sancti Ioannis Euangelistæ Regni Portugaliæ sancti Georgij in Alga Venetiarum,

*notitia*

netiarum, instanter fuimus requisiti quatenus easdem bullas originales per nos trās-  
sumptari mandare auctoritatem & decretum interponere dignaremur quarum quidē  
bullarum tenores successiuē & respectiuē secuntur, & sunt tales:

**H**ONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, filijs Priori & Canoni-  
cis Lateranensis ecclesiæ: Salutem & Apostolicam benedictionem eccle-  
sia vestra, quæ specialius Pontifici Romano coniungitur sicut in specie  
sua innititur gratis ita ipsius debere protectione muniri, ut quæ illius er-  
ga se abundare cognoscit propitiationis affectum eius quoque benignitate præsi-  
dijs perfruatur ea propter in domino filij vestris supplicationibus annuentes auctoritate  
nostra vobis præsentium tenore indulgemus, ut si quandoque contra ecclesias ad vos  
pertinentes literæ Apostolicæ apparuerint non facientes de verbo ad verbum de vo-  
bis, aut vestra ecclesia mentionem aliquam per eas vos, vel eedem ecclesiæ non teneamini  
respondere. Concedimus autem, ut domos, ecclesias, monasteria, hospitalia, ac  
& oratoria, in omnem Diocæsis absque cuius un-  
que Episcopi scilicet locum tenentis eiusdem in vestris fundis, terra fundare construere, & edificare possitis, & ibidem pau-  
perum hospitalium diuini cultus, & alia diuina misteria ad deuotionem populi pos-  
sint comode celebrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ con-  
cessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præ-  
sumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum  
eius se nouerit incursurum. Datum Lateranensi idibus Nouembris Pontificatus no-  
stri anno quinto.

**I**NOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis & sin-  
gulis vtriusque sexus Christi fidelibus præsentibus literas inspecturis: Salu-  
tem & Apostolicam benedictionem. Congruam officij prosequimur au-  
toritatem si unicuique Apostolica prouidentia suum honorem & dignita-  
tem seruemus, & ecclesias quæ digniores, & excellentiores habeantur in status & aug-  
menti prærogatiua vigilantibus studio atollamus, & licet omnibus ecclesijs Apostolica  
solicitudine debeat multo magis circa Lateranensis ecclesiam, quæ primitiua & ca-  
put ecclesiarum, ac Sedes Apostolica Cathedra existit, eiusque monasteria hospita-  
lia eidem subiecta honores profecto vigilantibus prædecessorum nostrorum priuile-  
gia & indulgentias complere iubemur, ea propter dilectorum, filiorum Prioris & ca-  
pituli eiusdem ecclesiæ supplicationibus inclinati ad exemplar prædecessorum nostro-  
rum bonæ memoriæ Alexandri II. Innocentij III. Alexandrij III. Anastasij III. Hono-  
rij III. Gregorij VIII. Romanorum Pontificum, indulgentias, immunitates, & exem-  
ptiones a dictis, & alijs antecessoribus nostris Romanis Pontificibus, ipsi, & ecclesiæ,  
& membris eiusdem concessis præsentis Apostolicæ Sedis priuilegio communi-  
mus. Et insuper de Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius aucto-  
ritate consili omnibus qui præfatæ ecclesiæ hospitalibus, monasterijs eidem Lateranē-  
sis subie-

sis subiectis, eorumque grata impenderunt obsequia, vel impenderint, & manus pot-  
rexerint adiutrices.

¶ Decem annos, & decem quadragenas de iniuncta eis pœnitentia in domino re-  
laxamus, nec non à domino saluatore omnium in cuius nomine ecclesia ipsa Latera-  
nensis fuit principaliter constructa, & sub vtriusque beatorum Ioannis vocabulo in-  
signita iuxta subsidij quantitatem, & deuotionis affectum.

¶ Suorum remissionem peccatorum, & animarum ipsorum salutem, aliasque indul-  
gentias misericorditer consequantur, Datum Lateranensi quinto decimo Kalendas  
Martij Pontificatus nostri anno primo.



**B**ONIFACIUS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Ar-  
chipræsbytero Lateranēsis ecclesiæ salutem, & Apostolicam benedictio-  
nem sincera deuotio, & singularis affectio, quas ad vestram ecclesiam La-  
teranensem, quæ sub nomine nostri saluatoris dedicata est, & in qua vt  
pote secundum nonnullorum prædecessorum nostrorum Romano-  
rum Pontificum declarationem vniuersarum vrbis, & orbis ecclesiarum caput, &  
omnium clauigeri Petri, & prædicatoris gentium Pauli Apostolorum beatorum  
capita celebri cum veneratione seruator, & cuius Archipræsbyteratus dū minori fun-  
gebamur officio ex concessione Apostolica tenebamus merito gessimus, atque geri-  
mus, non indigne nos inducunt, vt tam ipsam ecclesiam, quàm eius personas priui-  
legiorum spiritualium, & prærogatiuis, his præsertim, quæ diuini cultus augmentum  
conspiciunt decoremus, & præcipuarum gratiarum impendijs prosequamur: volen-  
tes igitur vos, & ecclesiam vestram generosis fauoribus communire vestris in hac par-  
te supplicationibus inclinari deuotioni vestræ, & vobis filijs capitulo, singulisque per-  
sonis, ac ministris ecclesiæ prædictæ, & alijs quibuscunque personis vtriusque sexus,  
de cætero in quibusuis fundis, terris, possessionibus, atque locis ad vestram mensam  
capitularem spectantibus diocœsani loci, aut alterius cuiuscunque super hoc licentia  
minime requisita fundare, construere, & edificare toties quoties vobis, ac eis placue-  
rit quæcunque, & quascunque ecclesias, monasteria, oratoria, prioratus, dignitates,  
personatus, officia, & alia beneficia cum cura, vel sine cura, conuentus, hospitalia, &  
pia loca alia, iure tamen parrochialis ecclesiæ, aut alterius cuiuscunque alias in omni-  
bus semper saluo, constitutionibus, & priuilegijs Apostolicis, ac statutis, & consuetu-  
dinibus contrarijs nequaquam obstantibus autoritate Apostolica de spiritualis dono  
gratiæ tenore præsentium indulgemus, ac eadem autoritate statuimus, & ordinamus,  
quod huiusmodi ecclesiæ monasteria, oratoria, prioratus, dignitates, personatus, offi-  
cia, beneficia, conuentus, hospitalia, & pia loca officia, & beneficia. Et postquam fun-  
data, constructa, erecta, edificata, & dotata fuerint, vt præfertur, nec non ecclesias, mo-  
nasteria, oratoria, prioratus, dignitates, personatus, officia, beneficia, conuentus, hospi-  
talia, & pia loca, iam dudum fundata, constructa, erecta, edificata, dotata, vt supra fue-  
rint permaneant, & sint, ac etiam debeant, & censeantur immediate sub vestris  
dominio,

dominio, protectione, defensione, autoritate, pietate, & eorum ius, & dominium, me-  
rumque, & mixtum imperium: Nec non institutio, destitutio, collocatio, prouisio,  
præsentatio, & quæuis alia dispositio ad vos solum, & insolidum pertineat in perpe-  
tuum atque spectet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ con-  
cessiois, constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si  
quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac bea-  
torum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud  
sanctum Petrum sexto Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno primo.



**I**NOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs ca-  
piculo, & Canonicis Lateranensibus Salutem, & Apostolicam benedictio-  
nem vigilanti, ac superuenienti specula summæ, & Apostolicæ Sedis, qua  
cunctis Deo autore, licet immeriti præeminemus ecclesijs monemus pa-  
riter, & hortamur actus vestros rite componere, & omnia pro rerum vtilitate cum ea  
cautella, & moderatione distinguere iudicium prodeat, & oculi vestri videant equita-  
tem, congruam enim officij prosequimur actionem si vnicuique Apostolica prou-  
dentia suum honorem, & dignitatem seruemus, vt ecclesiasticas quæ digniores, & san-  
ctiores habentur in sui status, & augmenti prærogatiua vigilanti studio custodire cu-  
ramus, & vt à summo patrefamilias reddens singulis debita commissaque nobis dis-  
pensatione sempiterna recipiamus incrementum mercedis. Cum igitur iuxta creditū  
à nobis à domino dispensationis talentum omnibus ecclesijs Apostolica sollicitudi-  
ne vigilare, & attendere debeamus multo amplius circa Lateranensem ecclesiā, quæ  
præcipua, & principalis vrbis, & ecclesiarum omnium maior est, & domina, & Sedis  
Apostolicæ cathedralis existit, eiusque ecclesiarum subiectarum eidem cōmode pro-  
fecto curam, & vigilantiam adhibere compellimur, ea propter dilecti filij ecclesiam  
vestram, & alias ecclesias eidem subiectas ad exemplar prædecessorum nostrorum bo-  
næ memoriæ Alexandri II. Anastasij III. Inocentij III. Honorij III. & Gregorij VIII.  
Romanorum Pontificum Apostolicæ Sedis priuilegio cōmoniuimus, confirmamus  
omnes indulgentias, concessiones, & exemptiones à dictis, & alijs prædecessoribus  
nostris Romanis Pontificibus vobis, & ecclesiæ vestræ, ac membris eius concessas sta-  
tuentes quoque quascunque ecclesias, capellas, possessiones, bona eidem ecclesiæ in  
præsentiarum, & in futurum concessiones Pontificum largitione Regum, vel Princi-  
pum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterunt adipisci firma  
vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, adherentes ad hoc decreto, eo-  
rundem prædecessorum nostrorum, vt eadem ecclesia tanquam principalis maior, &  
domina cum omnibus ecclesijs, & membris suis omnino sit libera, & nulli penitus  
nisi Romano Pontifici sit subiecta. Sancimus præterea, & auctoritate Apostolica indul-  
genus quoties alicui peregrinorum in parrochia vestra, vel capella eiusdem sine testa-  
mento decederent eorum bona sine alicuius molestia contradictione, vel impedi-  
mento, nisi hæredem, vel hætedes ad quos debeant de iure de volui dictæ ecclesiæ vestrę per-  
maneant,

maneāt, nec alicui abscindere, aut alienare eadē bona sit facultas. Præcipimus quoq; præfenti decreto, vt nullus in vos, & ecclesiam vestram, ac ecclesias sibi subiectas neq; clericos, vel alios eiusdem excommunicationis, aut suspensionis sententiam promulgarct illas irritas, & inanes. Prohibemus etiam, quod nulli Archiepiscopo, Episcopo, Regi, vel Principi, ecclesiasticæ, vel seculari personæ liceat præfatam sacrosanctā Lateranensem ecclesiam, eiusque ecclesias capellas temere perturbare, aut eorum possessione, & iura auferre, & ablata retinere, vel minuere, seu quibusuis vexationibus fatigare. Si quis autem hanc nostræ constitutionis, & confirmationis paginam scienter contra temere venire attentauerit secundo, tertioque commodius nisi præsumptionem suam digna satisfactione præuia maioris excommunicationis sententiam incurrat, ac pietatis, honorisque dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere, & perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine domini nostri Iesu Christi Redemptoris alienus fiat, atque in extremo magni iudicis subiaceat ultioni. Euntis autem eidem ecclesiæ, suisque ecclesijs, & capellis, seu iura seruanda sit pax domini nostri Iesu Christi, & hos fructus bonæ actionis percipiat. Datum Lateranensi quinto Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno quarto.

**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs priori, & capitulo Lateranensis ecclesiæ Salutem, & Apostolicam benedictionem. Meritis vestræ religionis inducimur, vt fauoris benigni gratia prosequamur vestris precibus benignum impartientem acensum auctoritate nostra vobis tenore præsentium indulgemus, ne ad præstationem aliquarum collectarum procurationum, subventionum, & aliarum exactio-  
 rum, vel etiam imponendarum vobis ecclesijs, & capellis vestris à Sede Apostolica, sub delegatis, & nuntijs eiusdem, aut ipsorum auctoritate, & mandato non teneamini per literas ipsius Sedis, aut legatorum eius absque spiritali mandato Sedis ipsius plenā, & expressam facientes de indulto huiusmodi, & Lateranensis ecclesiæ mentionem. Nos enim excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias quas occasione præmissorum in vos cōmuniter, vel aliquem vestrum, siue in ecclesias, & capellas easdem promulgari contigerit decernimus non teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessio-  
 nis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datū Romæ Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno primo.


**S**IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam cathedram præminentem pastoralis in alma vrbe primæua beati Petri Apostoli institutionem locati, & in eadem aliorum diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum successione veridica firmatam meritis licet inæqualibus gubernantes circa statum ecclesiarum, tam orbis,  
 quam

quam vr̄bis præfatę, & præsertim sacrosanctę Lateranęsis Ecclesię, quę omnium ecclesiarum tam orbis, quam vr̄bis caput non immeritõ reputatur, nostrę meditationis considerationem, propensius adhibere nos conuenit, vt ea quę ad decorem, & exaltationem eiusdem per ipsos prædecessores fuisse concessa reperiuntur, vt hæsitacione careant dubietatis innouare confirmare, & approbare, ac etiam de nouo concedere, prout in domino conspiciamus salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Honorius Papa III. prædecessor noster pie considerans, quod sacrosancta Lateranensis ecclesia cunctarum ecclesiarum caput existit, & propterea dignioribus decebat ipsam priuilegijs illustrari, priori, & Canonicis Ecclesię Lateranensis per suas literas inter alia concessit pariter, & indulgit, quod si contra ecclesias ad eos pertinentes aliqua literę Apostolicę deinceps perpetuis futuris temporibus interpretarentur, siue apparerent in quibus ipsa ecclesia Lateranensis ecclesijs perpetuis subiecti forent, vel ad eas pertinerent mentio facta non esset ad eas ipsi prior, & Canonici, vel ecclesię subiectę huiusmodi, aut illarũ Rectores respondere minime teneantur, quodq; domos, ecclesias, monasteria, hospitalia, & etiam oratoria in quibuscunque Diocęsib. absque aliqua licentia cuiuscunque Episcopi, seu locum tenentis eiusdem in suis fundis terra, vel quos pia largicione fidelium poterant adipisci, fundare, construere, & edificare, & in hospitalibus pauperum receptorum in ecclesijs, monasterijs, & alijs pijs locis diuini cultus haberi, & alia diuina misteria ad deuotionem populi possent celebrari, primo deinde pię memorię Inocentius Papa III. prædecessor noster, prædecessorum nostrorum Alexandri II. Anastasij III. Alexandri III. Inocentij III. Honorij III. Gregorij VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum vestigijs inherendo omnes indulgentias, immunitates, & exemptiones ante dictas ab alijs prædecessoribus nostris, tunc suis ipsi ecclesię Lateranensi, & membris eiusdem concessis per alias suas literas confirmauerunt, & insuper omnibus qui præfatę ecclesię Lateranensi, & monasterijs, hospitalibus, ac alijs ecclesijs eidem Lateranensi ecclesię subiectis, eorumque operibus grata impederint subsidia, & manus porrexerint adiutrices.

¶ Decem annos, & totidem quadragenas in domino relaxamus. Nec non à domino saluatore in cuius nomine ecclesia Lateranensis fuit principaliter constructa, & sub vtriusque beati Ioannis vocabulo insignita iuxta subsidij quantitatem, & deuotionis affectum.

¶ Suorum remissionem peccatorum, & animarum suarum, aliasque indulgentias mir consequantur, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Quare pro parte venerabilis fratris nostri Iuliani Episcopi Sabinensis, qui etiam dictę ecclesię Lateranensi ex concessione Apostolica, dispensacioneque Archiprębyter, & primarius maior existit quam dilectorum filiorum capituli Lateranensis nobis fuit humiliter supplicatum, vt literas Honorij, ac Inocentij, & aliorum prædecessorum, quorũ eunque Romanorum Pontificum huiusmodi cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis innouare, & confirmare, ac approbare, & alias ipsorum, ac dictę ecclesię

fixæ statui, & vniuersitati opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui literarum Honorij, ac Innocentij, & aliorum prædecessorum huiusmodi tenores, & formas perinde, ac si de verbo ad verbum pertinentibus infererentur pro sufficienter expressis, & specificatis hære volumus, attendentesque cum tot Romani Pontifices prædecessores in ecclesiam Lateranensem prædictam tot, & tãtis priuilegiorum monumentis dotauerint: necessario quodammodo imitatione compellimur, vel priuilegia huiusmodi innouare, vel alia similia, & ampliora eidem Lateranensi ecclesiæ concedere huiusmodi supplicationibus inclinati singulas literas prædictas cum indulgentijs, concessionibus, indultis, exemptionibus, decretis, & declarationibus, ac omnibus, & singulis in eis contentis clausulis autoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia innouamus approbamus, ac iuribus perpetuo subsistere debere decernimus, & declaramus, & nihilominus pro maiori dictæ ecclesiæ Lateranensis fauore, ac potiori præmissorum cautela eadem autoritate, & tenore asserentes prædictorum de nouo concedimus, & indulgemus Et quam difficile foret præsentis literas ad singula in quibus eis fides forsan facienda foret ad loca deferre, autoritate prædicta decernimus, quod ipsarum transumpto manu publici notarij, & sigillo alicuius Episcopalis, vel superioris ecclesiasticæ dignitatis, vel curiæ munitas tanquã præsentis literæ originales exhiberent plena fides adhibeatur, & stetur perinde, ac si originales literæ forent ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ innouationis, approbationis, confirmationis, constitutionis, declarationis, cõcessionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo, quadragesimo, octuagesimo, undecimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

 **E**O Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, & si ex debito summi Pontificij, cui autore domino præsidemus, vniuersis per orbem constitutis ecclesijs nos deceat Apostolica prouisione consulere Lateranensis tamen ecclesiæ, quæ fama, & deuotione cæteris præcellit, ac plurimis sanctorum, & sanctarum reliquijs, nec non diuersarum indulgentiarum muneribus decorata existit ampliori nos consuevit solitudine prouidere, quæ pro illius, ac personarum in ea diuinis laudibus debitis cõmodo, & vtilitate processerint, vt eo firmiter illibata persistant Apostolico munire robore, sane pro parte dilectorum filiorum capituli præfatæ Lateranensis ecclesiæ nobis nuper exhibita petitiõ continebat, quod dudum felicitis recordationis Paschalis II. Calixtus II. Honorius II. Innocentius II. Anastasius III. Adrianus III. Gregorius X. Martinus V. Calixtus III. Paulus II. Sixtus III. Nicolaus III. Alexander III. Urbanus III. Cælestinus III. Honorius III. Gregorius VIII. Innocentius III. Alexander III. Clemens III. Gregorius XI. Nicolaus VII. Bonifatius III. Urbanus V. Innocentius VIII. & pluralijs

res alij Romani Pontifices prædecessorū nostrorū , ac quondā Bonifatius IX. in sua obedientia de qua vrbs Romana existerat plures & diuersas donationes, vniones, declarationes, concessiones, priuilegia, dignitates, præminentias, immunitates, indulta, & iura ecclesiæ Lateranensis, & in illis fauorem concesserunt, ordinarunt & applicarunt prout in literis prædecessorum, & Bonifatij prædicti desuper respectiuè concessis dicitur plenius contineri. Quare pro parte ipsius Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, vt donationes, concessiones, vniones, applicationes, statuta, confirmationes, declarationes, immunitates, indulgentias, priuilegia, indulta, per prædictos & alios quoscumque Romanos Pontifices, & reges ecclesiæ, & Capitulo prædictis fauorabiliter concessis robur Apostolicæ confirmationis adducere, ac alias in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quoad ecclesiarum quarumlibet præsertim in dicta Vrbe constitutarum quod nobis tanquam proprio iure subiectis speciali familiaritati ad ipsarum personarum in eis diuinis laudibus insistentium decorem, & vtilitatem despiciunt libenter intendimus & eis quantum cum Deo possumus fauorem Apostolicum exhibemus, ipsosque Capitulum & Canonicos præfatos, & eorū singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dūtaxat consequendū harū serie absoluentes & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati quascumque donationes, concessiones vniones applicationes & statuta declarationes confirmationes indulgentias immunitates, priuilegia & indulta per prædictos alios quoscumque Romanos Pontifices & reges ecclesiæ Capitulo & Canonicis præfatis quomodolibet concessa, & facta, ac desuper confectas literas prædictas, & contenta in eisdem, ac inde secuta quacumque autoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & innouamus, ac præsentis scripti patrocínio communimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, & nihilominus propotiori cautela præmissa omnia eisdem modo & forma quibus per prædecessores & Reges concessa, & facta fuerint, de nouo autoritate & tenore prædictorum, concedimus, donamus, vnimus, applicamus, statuimus, decernimus, declaramus, & indulgemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innouationis, commissionis, concessionis, donationis, vnionis, applicationis, statuti, decreti, & declarationis, atque indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo, tertio, decimo tertio, Idibus Augusti, Pontificatus nostri, anno primo.

Quibus omnibus & singulis tanquam per nos ritè & legitimè factis & peractis, auctoritatem nostram pariter & decretū interponendū duximus, & interposuimus prout interponimus præsentium per tenores; & ad maiorem firmitatem omnium præmissorum præsentés per notariū publicum scribamque nostrum infra scriptum subscribi sigillumque nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum Romæ in ædibus nostris, anno à Natiuitate Domini, Millesimo, quingentesimo, trigésimo quarto in dictione septima die vero penultima mensis Maij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Clementis diuina prouidentia Papæ VII. Anno vndecimo ad instar.



**E**go Rimerius de Mangnius clericus à Viniosensis publicus auctoritate Apostolica notarius, ac in Archivo Romanæ curiæ descriptus, quia supra scriptis omnibus & singulis dum vt sic præmittitur fierent, & agerentur præsens interfui, ideo hoc præsens publicum transsumpti instrumentum manu mea propria de verbo ad verbū fideliter scriptum exinde confeci signoque, & nomine meis solitis, & consuetis vna cum sigillo pendentis domini iudicis me signaui in fidem præmissorum rogatus & requisitus.



**BVLLA PAVLI TERTII IN QVODAM INSTRV. MENTO** inserta in qua omnibus præuilegijs & gratijs, quæ ab Eugenio III. congregationi Casiniensi, quæ nunc sanctæ Iustinae ordinis monachorum diui Benedicti concessa sunt congregationi sancti Georgij in Allega Venetiarum libere potiri, & gaudere posse concedit.



**NICOLAUS DE RODVLPHIS.** Miseratione diuina sanctæ Mariæ in Cosmedinis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis, vniuersis & singulis Christi fidelibus præsertim per vniuersam Portugalliam, ac alias vbilibet constitutis præsentibus & futuris ad quos præsentés peruenerint, & ad quos nosse fuerit opportunum: Salutem in Domino cum indubitata notitia sub scriptorū. Noueritis quod literas sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli eadem prouidètia Papa III. veram bullā

Plumbeam in modum quinterni scriptam cum filis sericeis rubei croceique colorum more Romanæ curiæ in pendētis bullatas sanas siquidē & integras, nō vitiatas, nō chācellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carēsis.

Nos

Nos pro parte Reuerendi domini Reſtoris Generalis, nec non Priorum, ac Canonicoꝝ ſecularium congregationis ſancti Ioannis Euangeliftæ ad inſtar ſancti Georgij in Allega Venetiarum, Prouintix Regni Portugallix principalium in eiſdem literis Apoſtolicis principaliter nominatorum abſentes per Reuerendum dominũ Dõ Franciſcum Mauri ſancti Saluatoris de Lauro, alme Vrbiſ dictæ congregationis Canonicum dictis Reuerendi Reſtoris, Priorum & Canonicoꝝ præfatorum conſtitutum procuratorem aſſertum præſentatas cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiſmodi ſub tenore.



**A**VLVS Episcopuſ ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Paſtoraliſ cura quam diſponente domino licet immeriti gerimus nos propenſius admouet & hortatur, vt circa vniuerſorum Chriſtifiſdelium præſertim inhumilitatiſ ſpiritu vota ſua altiſſimo perſoluentium proſperum ſtatum ſolicitiſ ſtudijs intendamus, & ea quæ propterea per prædeceſſores noſtros conceſſa comperimus etiam noſtri muniminis ſoliditate roboremus, & alias in ijs eiſdem officijs partes fauorabiliter impartiamur prout in domino conſpicimus ſalubriter expedire: dudum ſiquidem falicis recordationis Eugeniuſ Papa III. prædeceſſor noſter motu proprio dilectos filios congregationem Caſtinenſis nunc ſanctæ Juſtinæ monachorum ordinis ſancti Benediſcti regularis obſeruantix eiſque præſidentem, viſitatoꝝ, Abbateſ, Prioreſ, Reſtoꝝ, monachos, conuerſoſ, commiſſoſ, nouitioſ, & perſonaſ, ac eorum capellanoſ qui pro tempore forent etiam curam animarum habenteſ, nec non familiares & ſeruitoꝝ ipſorum qui tunc erant in præfata congregatione, & in futurum pro tempore eſſent, ac etiam ipſiuſ monaſteria, Prioratuſ, & loca quæ tunc erant, vel impoſterum congregationi prædictæ quancumque vniri, vel incorporari, ſeu ſubijci, vel aggregari contingeret, nec non omnia, & ſingula dictorum monaſteriorum Prioratuum & locorum, vt præmittitur tunc præſentium, & futurorum, eccleſiaſ, capellaſ, etiam ſi ipſiſ cura animarum immineret oratoria manualia, membra, caſtra, fortalitia, ædificia, villaſ, grangiaſ, vineaſ, oliueta, ortoſ, ſiluaſ, nemora, prata, paſcua, piſcationeſ, molendina, aquaſ aquarum decuſſuſ, iura, iuriſdictioneſ, prædia, poſſeſſioneſ quaſlibet, & bona quæcumque, quæ tunc erant, & in futurum eſſent dictæ congregationiſ à quoruncumque legatorum delegatorum ſubdelegatorum, nec non nuntioꝝ Apoſtolicæ Sedis, ac Vicarioꝝ, Reſtoꝝ, & quorumuiſ officiaſ lium Romanæ eccleſiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiſcopoꝝ, Epicoꝝ, electoꝝ, adminiſtratoꝝ, & alioꝝ quoruncumque iudicum ordinarioꝝ, quoniſ nomine, & poteſtate fungerentur locorum ordinarioꝝ ditione, autoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione. Itaque in dictam congregationem, vel eiſ ſingulareſ perſonaſ, ſeu benefactoreſ occasione beneficiorum eiſdem collatoꝝ ab eiſ, aut quia ſubditi eorum cum huiſmodi mona-

B V L L A

chis conuerfarentur, feu ab eis reciperent abfolutionis beneficium & euchariftiæ Sa-  
 cramentum nec non in monafteria Prioratus, loca, & perfonas in eis degentes ratione  
 delicti excelfus, feu contractus, aut rei, de qua ageretur vbi cumque inniretur contra-  
 ctus, feu delictum committeretur, aut res ipsa confisteret excommunicationis, fufpen-  
 fionis, & interdicti, aut alias quasuis fententias nifi de fpeciali commiffione Sedis præ-  
 dictæ, & de indulto huiusmodi, ac congregatione præfacta, mentionem expreffam fa-  
 ciente quomodolibet directè, vel indirectè ferre, feu promulgare non poffent decernēs  
 extunc quidquid in contrarium actum foret irritum, & innane, nulliusque fore robo-  
 ris, vel momenti de fpecialis dono gratiæ, & plenitudine præfentatis per fuas literas  
 prorfus exemit, & totaliter liberauit, illaque omnia, & ipforū quodlibet in ius, & pro-  
 prietatem beati Petri, & Sedis eiusdem, ac fub eorum protectione fpecialiter fufcepit,  
 & fua retento fibi Ecclefiæ Romanæ certo tunc expreffo annuo centu in fefto beatorū  
 Petri, & Pauli annis fingulis eidem prædeceffori, & cameræ Apoftolicæ perfoluedo in  
 fignum perpetuæ libertatis, & exemptionis, & fi huiusmodi legati, aut ordinarij, feu  
 perfonæ fupra dictæ contra prædica, vel aliquod præmiſſorum non folum facere, fed  
 attentare quomodolibet præfumerent, requifiti per ipfius congregationis prælatos  
 vel monchos, feu per notificationem ipfius priuilegij vt defifterent, & id facere negligē-  
 rent infra tres dies a die requifitionis, fiue notiçiæ vt præfertur eo cafu ipfo facto fenten-  
 tiam excommunicationis incurerent, & nihilominus quod aliter actum eſſet eo ipfo  
 irritum, & innane, & nullius efficaciæ roboris, vel momenti, & in fuper cum conginge-  
 ret fieri conciia generalia provincialia, feu fynodalia etiam Apoftolica, vel quæ is au-  
 toritate firmata, feu quasuis congregationes quouis nomine cenferentur ecclefiasti-  
 carum, vel laicarum perfonarum cuiufcumque dignitatis, aut ftatus exifterent præ-  
 lati, feu monachi ad ea ire, feu mittere nifi ad ipfius congregationis Capitulum gene-  
 rale celebrandum, aut alias iuxta eorum ordinationes nullatenus compelli poffent et-  
 iam per literas Apoftolicas non facientes fpeciale mentionem de huiusmodi in-  
 dulto prædictæ congregationi conceſſo, nec congregationis perfonæ huiusmodi quod  
 in eorum locis miſſæ, & alia diuina officia celebrarentur ordinis conferentur, vel agita-  
 rentur cauſæ ciuiles, feu criminales, proceſſiones conuocarentur, aut fynodus, conuen-  
 tus, feu quasuis congregationes, tam ecclefiarum, quam laicarum perfonarum congre-  
 garentur, fiue quod huiusmodi congregationis loca ad vſum hoſpitiū habitatiōē  
 detentionem & incarcerationem ecclefiasticarū, aut laicarum perfonarum deputaren-  
 tur aſtringi, aut cogi aliquo modo valerent contra quæ omnia, aut aliquod prædictorū  
 quæuis perſona cuiufcumque conditiones, vt præfertur, aut ftatus exifteret, attenta-  
 re præfumens nifi facta ei de huiusmodi indulto notiçiæ defifteret ipfo facto fenten-  
 tiam excommunicationis incurerent, & ne quando impofterum Reges, Principes, ba-  
 rones, milites, nobiles laicales perfonæ, communitates, vniuerſitates, magiſtratus,  
 Rectores, & officiales ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & Diocæſis diuerſarum,  
 monaſterijs, Prioratibus, locis, capellis, eccleſijs manualibus, grangijs, caſtris,  
 poſſeſſio

possessionibus, & bonis, nec nõ prælati & monachis ipsius congregationis, gabellas, tallias, datia, collectas, impositas, onera etiam ad pontium refectionem, aut viarum reparationem, ac alia diuersa & varia grauamina inferre, indicere, & imponere, aut indicta & imposita exigere præsumerent districtius prohibuit, ac sub pœna excommunicationis, atque maledictionis æternæ, quam à notitia huiusmodi indulti nisi desisterent incurrerent mandauit. Non obstante si dictis sæcularibus, vel quibuslibet alijs personis communiter, vel diuisim ab eadem esset Sede indultum quod illa imponere, seu exigere valerent etiam ab exemptis per se, vel alios quoquomodo, aut quod interdicti suspendi, vel excommunicari, seu vltra, vel extra certa loca ad iudicium euocari non possent per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ex certa scientia, ac ipsa congregatione specialem mentionem. Commitens etiam, & mandans omnibus & singulis delegatis, subdelegatis, ac Nuntijs Apostolicis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Rectoribus vniuersis tunc præsentibus & futuris in quorũ Diocæsibus erant & essent, in futurum loca & personæ huiusmodi quatenus præfata loca, ac etiam personas in eis degentes, & eorum bona, tallijs, collectis, impositionibus gabellarum subsidijs etiam charitatiuis, aut quibusuis alijs oneribus realibus, vel personalibus, seu mixtis etiam per eandem Sedem indictis concessis, seu datis, aut permissis, seu indicendis, aut concedendis ex tunc de cœtero grauari quoquomodo minime permitterent contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postposita compescendo. Nec non voluit & decreuit monasteria, Prioratus, loca, manualia, grangias, possessiones, & bona quæ tunc erant ipsius congregationis, & essent in futurum, ac prælatos, monachos, & personas præfatas ab omni impositione exactione, collecta, decima, subsidio, aut alio quocumque grauamine quouis nomine censerentur per ipsum prædecessorem, aut successores suos faciendo, seu imponendo, nec non à quoruncumque occasione legatorum etiam de latere sub delegatorum, nuntiorum, Apostolicorum, ordinariorum, Diocæsianorum, seu alterius cuiuscumque etiam Apostolica, seu quauis autoritate, tam impositorum, quam imponendorum per alias literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi indulto, ac congregatione ipsa mentionem specialem, nec non a charitatiui & alterius cuiuscumque exactiones, & oneris realis personalis, aut mixti solutione ex tunc de cœtero prorsus exemptos liberos & immunes fore ita vt cogi, vel inquietari per dictas personas, aut alios quoscumq; pro huiusmodi oneribus impositionibus grauaminibus exactionibus & solutionibus minime possent, vel deberent: nec nõ omnibus censibus redditibus & solutionibus ratione visitationis, aut subiectionis quocumq; iure eatenus debitæ, aut in futurum debendæ quibuscunq; ordinarijs Capitulis collegijs, congregationibus vniuersitatis, aut alijs quibusuis personis de eiusdem plenitudine præsentatis omnino liberauit & pœnitens absoluit, nõ obstantibus præscriptiõibus constitutionibus consuetudinibus statutis decretis & privilegijs Apo-

B V L L A

licis quibuscumque in contrarium facientibus de quibus specialis & expressa, ac de verbo ad verbum esset mentio facienda. Cæterum de quibuscumque possessionibus vbilibet constitutis, quæ tunc erant, vel in futurum essent monasteriorum Prioratum & bonorum prædictorum, quæ prælati monachi, vel personæ colebant, seu coli faciebant, aut in futurum colerent, seu coli facerent, siue de hortis, virgultis, piscationibus eorundem, vel de nutrimentis animalium ipsorum ab ipsis, vel ab alijs pro eis primitias, decimas, quartesia, aut alio quocumque nomine censerentur exigere, vel extorquere præsumeret, nec illas aliquibus soluere tenerentur, siue ad id à quoquam directe, vel indirecte compelli possent inuiti, generalis concilij, & quibuscumque alijs Apostolicis, vel Prouincialibus, aut sinodalibus constitutionibus, ne quaquam obstantibus, decernens ex tunc irritos, & innanes quoscumque processus & sententias etiam interdicti quos vel quas contra inhibitiones suas huiusmodi per quemuis, aut quauis autoritate fieri contingeret, aut quomodolibet promulgari. Quodque præfata congregationis monasteria & loca, hæreditates, legata, & fidei commissa per mediam personam monachorū, aut alias qualitercumq; delatas bonamobilia & immobilia in quibuscumque ciuitatibus & locis quouis titulo acquirere, ipsique monachi & personæ petere, & exigere possent præfata bona vndecumque, vel qualitercumque eis debita, & quæ si in sæculo remansissent ius petendi, & exigendi haberent, ipsis eorum monasterijs acquirenda quibuscumque statutis ordinationibus & decretis cuiusuis ecclesiasticæ, siue læcularis personæ, communitatis, collegij, seu vniuersitatis, aut alterius cuiuscumque gradus, status, dignitatis, officij, & autoritatis existeret nullatenus obstantibus: statuit præterea quascumque possessiones, bona, iura, iurisdictiones ad ipsa monasteria, loca, ecclesias, capellas, oratoria, & hospitalia tam tunc præsentia quam futura ipsius congregationis in quibuscumque mundi partibus constituta spectantia & pertinentia, quæ tunc monachi congregationis huiusmodi iuste & Canonice possidebant, seu in futurum concessione Pontificum Regum, vel Principum oblatione fidelium, vel alijs iustis modis præstante domino possent adipisci ipsis, monasterijs, capellis, oratorijs, seu hospitalibus, tunc præsentibus & futuris firma & illibata seruari voluit, decernens, vt nulli hominum omnino liceret præfata monasteria, seu loca, vt præfertur res & bona mobilia, siue immobilia possessiones, domos, molendina, aquas, piscarias, iura seu iurisdictiones temere perturbare, aut illa, vel eorum aliquod auferre, vel oblata retinere occupare, seu quibuslibet vexationibus fatigari.

Quod si aliqua ecclesiastica sæcularis persona cuiuscumque gradus, vel conditionis existere etiam si Pontificali dignitate præfulgeret contra huiusmodi suæ exemptionis, liberationis, decreti, concessionis, defensionis, conseruationis, & libertatis indultum venire, dicta bona, iura, iurisdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquod eorum, violando, occupando, turbando, vel diminuendo, seu in debite fatigari præsumeret, nec facta ei notitia de huiusmodi suo indulto in tres dies se corrigeret  
aut

aut idoneam cautionem de satisfaciendo præstaret excommunicationis sententiam ipso facto incurreret, a qua nisi dicta satisfactione præstita præterquam in articulo mortis, & tunc de satisfaciendo per se si super viueret, aut per suos hæredes, & successores idonea præstita cautione nequiret absolutionis beneficium obtinere, & ulterius motu & potestatis plenitudine similibus voluit statuit & decreuit quod contra præfatæ congregationis, loca, personas, & bona aliqua non curreret præscriptio nisi post lapsum sexaginta annorum quod quidem indultum tam in casibus rebus, & bonis tunc præteritis quam futuris extendi, & locum habere omnino voluit, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Prohibens subsequenter ne aliqui cuiuspiam status gradus, vel conditionis existerent personas, quæ de iure cõmuni religionem ingredi non prohibebantur, ex sæculo fugientes, & ad conuersionem huiusmodi congregationis venire cupientes verberibus, aut violentijs quibuscumq; impedire, vel prohibere, aut a monasterijs, & locis ipsius congregationis tunc præsentibus & futuris injuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando seu eos molestando huiusmodi personas euellere, aut extrahere auderent, vel præsumerent, contra facientes vero ipso facto sententiam excommunicationis incurrerent, dũ tamen cum hoc statutum foret eis ad notitiam deductum, non desisterent à prædictis à qua non possent præterquam in articulo mortis nisi per Sedem prædictam absolutionis beneficium obtinere. Quodque si contingeret aliquem literas Apostolicas commissorias de administranda iustitia executione facienda, visitatione exercenda, aut alia quauis causa ad aliquem prælatum, vel monachum dictæ cõgregationis directas impetrare nisi huic indulto expresse spiritualiter ei nominatim derogaretur, ad huiusmodi causas talium obtenta literarum præter liberam eorum voluntatem procedere vel eas exequi minimè teneri decreuit. Et ne quis prælatos monachos & personas de huiusmodi congregatione de calumnia & veritate dicenda, iuramentum subire, aut ad faciendum testimonium quacumque ex causa compelleret inuitos, siue extra ciuitates & Diocæses suas traherent, seu in eos, vel eorum aliquem propterea excommunicationis, vel alterius censure, vel pœnæ sententiam proferret per literas Apostolicæ Sedis, vel legatorum eius nisi in eisdem literis de huiusmodi indulgentia plena, & expressa, ac de verbo ad verbum facta foret mentio spiritualis decernens excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias sententias si quas in eos, vel aliquem eorũ contra indultum huiusmodi promulgari contingeret irritas & inanes. Prælatorum vero conuersorum, monachorum, commissorum, & nouitiorum ipsius congregationis testimonia in causis ipsorum ciuilibus & criminalibus, in iudicio, & extra legitima essent, & iuridica, & vt eis liberè & licitè vti possent concessit, adijcens etiam quod si quandoque contingeret per aliquem ad plures actus contra huiusmodi, aut quacumque alia decreta priuilegia, indulta gratias & immunitates præfatæ congregationi concessa, aut ipsorum aliquod à quocumque cuiuscumque conditionis dignitatis, gradus, seu status existeret ex negligentia, vel ignorantia tunc præsentium & futurorum quibus ea concedebantur, vel alia quauis causa aliter attentari, vel obseruari

ignoranter, vel scienter. Nullum tamen per hoc præiudicium decretis priuilegijs, indultis, gratijs, & immunitatibus præfatis voluit generari sed illa in suo vigore, & robore permanere prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Generalis, nec non Leonis Bugati, Brixiensis sancti Saluatoris in lauro de Vrbe, & aliorum Rectorum, Priorum, nuncupatorum, ac visitatorum, nec non Canonorum, & personarum congregationis sancti Georgij in Allega Venetiarum petitio continebat, continebat præfatus Eugenius prædecessor ipsius congregationis sancti Georgij fundator, & nonnulli alij Romani Pontifices similiter prædecessores nostri etiam eidem congregationi sancti Georgij in genere, & aliquibus alijs ecclesijs & locis, ac illorum Rectoribus, & Canonicis in specie diuersa priuilegia immunitates exemptiones, indulgentias, concessiones, gratias, literas, & indulta: ac inter alia quod singuli confessores idonei quos singuli ex Rectoribus Canonicis, & alijs personis, ac seruientibus tam clericis quam laicis in præfata congregatione sancti Georgij pro tempore existentibus ducerent eligendos omnium peccatorum de quibus corde contriti, & ore confessi forent semel tantum in mortis articulo plenariam remissionem concedere, ipsique confessores singulorum confessionibus auditis pro commissis etiam si talia forent propter quæ Sedes prædicta foret merito consulenda debitam absolutionem impendere, & singulos à quibusuis sententijs in eos quauis autoritate promulgatis semel dumtaxat absoluerent, nec non super irregularitate si quam incurrerent dispensare, ac inhabilitatis, & infamiae maculam per eos vel eorum aliquem quomodolibet contractam abolere, quodque Rectores, Canonici, personæ & seruientes præfati diebus stationum ecclesiarum dictæ vrbis & extra il-

lius muros in missali Romano annotatis si confessi & contriti forent certa altaria in eorum ecclesijs consistentia deuote visitando, & inibi ter Psalmum Miserere mei Deus, seu ter orationem Dominicam, ac totiens salutationem angelicam dicendo, omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur quas consecuti fuissent si ecclesias vrbis & extra muros huiusmodi eisdem stationum diebus personaliter visitassent concesserint, ipsique generalis, nec non Leo, & alij Rectores, ac Visitatores, Canonici, & personæ præfati, vt diuinis obsequijs se quietius coaptare possint cupiant eisdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, indulgentijs, concessionibus, gratijs, & indultis dictæ congregationi Casinensi, ac illius monasterijs Prioratibus, ecclesijs, capellis, oratorijs, locis, membris, castris, fortalitijs, edifi-  
tius, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, siluis, nemoribus, pascuis, piscationibus, molendinis, aquis, iuribus, iurisdictionibus, prædijs, possessionibus, & bonis. Nec nõ præfidenti, visitatoribus, abbatibus, Prioribus, Rectoribus, monachis, nouitijs, conuersis, commissis, personis, capellanis, familiaribus & seruatoribus, pro tempore existentibus concessis, potiri, ac priuilegia & indulta eis, & præfatæ congregationi sancti Georgij concessa, vt eo firmiter obseruentur quo clarius constiterit illa ea deliberatione approbata qua fuerint concessa nostri muniminis præsidio fulciri: Pro parte eorundem generalis, nec non Leonis, & aliorum Rectorum, ac visitatorum Canonorum, & per-

sonarum congregationis sancti Georgij prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt eidem congregationi sancti Georgij, ac illius capellis, ecclesijs, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, pratis, molendinis, prædijs, possessionibus & bonis, nec non generali, ac Leoni cæterisque Rectoribus, visitatoribus, Canonicis, nouitijs, conuersis, capellanis, seruatoribus, familiaribus, & personis præsentibus & futuris, quod supradictis, ac omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, indulgentijs, concessionibus, gratijs, & indultis dictæ congregationi Casinensi, ac illius monasterijs, Prioratibus, ecclesijs, capellis, oratorijs, locis, membris, castris, fortalitijs, ædificijs, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, siluis, nemoribus, pratis, pascuis, piscationibus, molendinis, aquis, iuribus, iurisdictionibus, prædijs, possessionibus, & bonis prædictis, tam per dictum Eugenium, quam alios quoscumque Romanos Põtifices prædecessores nostros, & alijs quomodolibet concessis gaudere possint concedere, nec non singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, indulgentijs etiam plenarijs concessionibus, gratijs, literis & indultis dictæ congregationi sancti Georgij, vt præmittitur concessis: Robur nostræ approbationis adijcere, ac alias eorum statui in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictæ congregationis sancti Georgij salubrem directionem & felicem successum paterno zelantes affectu, ac generalem, nec non Leonem & alios Rectores, ac visitatores Canonicos, & personas præfatos, ac eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutos fore censentes. Nec non singulorum priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, facultatum, indulgentiarum, gratiarum, concessionum & indultorum etiam non expressorum, ac veriores Eugénij & aliorum prædecessorum literarum huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum nihil pænitus omisso insererentur præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatæ congregationi sancti Georgij, ac illius ecclesijs, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, grangijs, vineis, oliuetis, pratis, molendinis, prædijs possessionibus, & bonis quibuscumque, nec non generali, ac Leoni cæterisque Prioribus, Canonicis, nouitijs, conuersis, capellanis, seruatoribus, familiaribus & personis, quocumque nomine nuncupatis, præsentibus & futuris, tam citra, quam ultra montes, & vbilibet constitutis, vt omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, indulgentijs, concessionibus, gratijs & indultis dictæ congregationi Casinensi, ac illius monasterijs, Prioratibus, ecclesijs, capellis, oratorijs, locis, membris, castris, fortalitijs, ædificijs, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, siluis, nemoribus, pratis, pascuis, piscationibus, molendinis, aquis, aquarum decursibus, iuribus, iurisdictionibus, prædijs, possessionibus & bonis, nec non præsentibus, visitatoribus, abbatibus, Prioribus, Rectoribus, monachis, conuersis, commissis, nouitijs, personis, capellanis, seruatoribus & familiaribus, pro tempore existentibus, sub

quibuscumque tenoribus & formis etiam per modum extensionis, vel communicationis aliorum privilegiorum ad ipsam congregationem Casinensem in genere quomolibet haecenus concessis, & in posterum concedendis, ac quibus congregatio ipsa Casinensis illiusque monasteria, Prioratus, ecclesiae, capelle, oratoria, loca, membra, castra fortalicia, aedificia, grangiae, villae, vineae, oliueta, horti, silue, nemora, prata, pascua, aquae, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, praedia, possessiones & bona, nec non praesidens, visitatores, abbates, Priores, Rectores, monachi, conuersi, commissi, nouitij, personae, capellani, seruitores & familiares praedicti, de iure vel consuetudine vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, in omnibus & per omnia per inde, ac si omnia & singula priuilegia, immunitates exemptiones, facultates, indulgentiae, concessiones, gratiae & indulta huiusmodi, eidem congregationi sancti Georgij, ac illius ecclesiae, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, aedificijs, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, pratis, molendinis, praedijs, possessionibus & bonis, nec non generali, ac Rectoribus, visitatoribus, Canonicis, nouitijs, conuersis, capellanis, seruatoribus, familiaribus & personis praedictis, specialiter concessa fuissent vti, potiri, & gaudere libere & licite possint autoritate Apostolica tenore praesentium concedimus & indulgemus, ipsaque priuilegia immunitates, exemptiones, facultates indulgentias, concessiones, gratias & indulta, dictae congregationi Casinensi concessa, ad eandem congregationem sancti Georgij illiusque ecclesiae, capellas, oratoria, loca, iura, membra, aedificia, grangias, vineas, oliueta, hortos, prata, molendina, praedia, possessiones & bona, nec non generalem, Priores, visitatores, Rectores, Canonicos, nouitios, conuersos, capellanos, seruitores, familiares & personas praefatos, pro tempore existentes, tam citra, quam vltra montes, & vbilibet constitutos extendimus, & illis communicamus. Et tamen super omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias etiam plenarias, concessiones, gratias, indulta & literas eidem congregationi sancti Georgij, ac illius ecclesiae, capellis & locis, etiam in specie, nec non generali & alijs Rectoribus, ac visitatoribus, Canonicis & personis pro tempore existentibus, tam per dictum Eugenium quam quoscumque alios Romanos Pontifices praedecessores nostros, & per nos quomodolibet, ac sub quibuscumque tenoribus & formis concessa, nec non omnia & singula in eis contenta, quatenus in vsu existant ex certa nostra scientia autoritate & tenore praedictis approbamus & confirmamus, ac perpetuae firmitatis robur obtinere & firmiter obseruari eisdem generali, ac Leoni alijsque Rectoribus, visitatoribus, Canonicis & personis pro tempore existentibus suffragari, ac illis vti, potiri & gaudere liberè & licitè posse decernimus, ita tamen quod congregatio ipsa sancti Georgij in signum exemptionum, & immunitatum huiusmodi censum annuum vnus ducati auri cameræ Apostolicæ annis singulis in festo beatorum Petri & Pauli persoluere teneatur, quo circa venerabilibus fratribus nostris Casertanensibus & Feltrensibus, ac Cesenatis Episcopis, per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte generalis, nec

lis, nec non Leonis, & aliorum Rectorum, ac visitorum, canonicorum, & personarum congregationis sancti Georgij huiusmodi, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant autoritate nostra præsentis literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac singulos quos ipsæ præsentis literæ concernunt illis pacificè gaudere non permittentes eos desuper contra eorundem tenorem præsentium quomodolibet molestari contradictores quoslibet, & rebeles per censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita cõpescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiã ad hoc auxilio brachij sæcularis, non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ, VIII, etiã prædecessoris nostri qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diocæsiam nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam dietam a fine suæ Diocæsionis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede prædicta deputati extra Ciuitatem, vel Diocæsiam in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere, aut alij, vel alij vices suas cõmittere præsumant & de duabus dietis in concilio generali ædita dummodo ultra tres dietas aliquis autoritate præsentium non trahatur, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non congregationum, & ordinis prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis, quæ Eugenius, & alij prædecessores præfati in dictis eorum literis voluerunt non obstare contrarijs quibuscumq; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica Sede sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterum quia difficile foret præsentis literas ad singula in quibus de eis fides forsitan facienda foret loca deferre volumus, & dicta autoritate decernimus quod ipsarum transumptibus manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio, & alibi vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, ostensionis, cõmunionis, approbationis, confirmationis, mandati, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, trigesimo septimo, decimo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri, anno quarto.



VAS Quidẽ literas Apostolicas vidimus habuimus, & diligẽter inspectimus, quibus diligenter inspectis, & per nos sanis, integris, ac omni prorsus vitio suspitione sic, vt permittitur carere inuentis, & reperi-  
tis ad requisitionem, tamen Reuerendi Dom Francisci Mauri præfati pro parte tamen dictorum Rectorum & Priorum, ac Canonicorum præ-  
fatorum

B V L L A

fatorum, principalium, in per insertis literis Apostolicis principaliter nominatorum nobis humiliter factam attendentes eam esse iustam, & rationi consonam. eas per notarium publicum infra scriptum, nihil addendo, nec minuendo exemplari mandauimus, & transsumi, ac in hanc publicam formam redigi decernentes, & volentes, ut huic publico transsumpto, siue exemplo instrumenti plena, & dubitata fides deinceps ad vbilibet, in locis omnibus, & singulis quibus fuerit opportunum, ipsumq; transsumptum fidem faciat, & illi stetur perinde, ac si originales, ipsæ literæ in medium producerentur, & apparerent, quibus omnibus, & singulis auctoritatem nostram interposuimus, & decretum.

¶ In quorum omnium, & singulorum robur, fidē, & testimonium præmissorum hoc præsens publicum transsumptum, siue exemplum per dictum infra scriptum publicum notarium subscribi, & publicari, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione cōmuni acta fuerunt hæc Romæ, In ædibus nostris sub anno a natiuitate Domini Milleesimo, quingentesimo, trigesimo octauo, in dictione vndecima, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus eiusdem sanctissimi Domini nostri, Domini Pauli diuina providentia, Papæ, III, anno quarto præsentibus ibidem, videntibus, audientibus, & intelligentibus, scilicet venerabilibus Viris Dominis Francisco Ferrera, & Sebastiano Martre clericis, Vicensis & Terr. conensis, respectiue Diocæsis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.



**T E G O** Petrus Domenech, clericus Terraconensis Diocæsis publicus Apostolica auctoritate, ac in Archiuo Romanæ curiæ notarius descriptus, qui dictarum literarum Apostolicarum præsentationi, receptioni, requisitioni, exhibitioni, transsumptioni, decreto, auscultationi, collationi, omnibus alijs & singulis dum sic, ut præmittitur fierent, & agerentur vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audiui, ideo hoc præsens transsumpti instrumentum manu aliena fideliter scriptum, ex inde confeci subscripsi, publicauimus & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis vna cum præfati Reuerendissimi Domini Cardinalis, sigilli appensione signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus, ac requisitus.

**B V L L A A L E X A N D R I P A P Æ P E R Q V A M**

Canonicos huius congregationis ad omnes, & sacros, & Præsbyteratus or-

dines etiam extra tempora à iure statuta tribus diebus dominicis,

siue festinis duplicibus successiue Diocæsanorum li-

centia super hoc requisita auctoritate

Apostolica promoueri posse

concedit.

ALEXAN.





ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei.  
 Dilectis filijs Generali sancti Bartholomei de Lupiana  
 Toletanæ Diocæsis, & aliorum in castellanæ regionis, &  
 Aragonum Regnis, ac Principatu Cathalonix Consi-  
 stētibus monasteriorū ordini sancti Hieronymi sub re-  
 gula sancti Augustini Prioribus: Salutem & Apostoli-  
 cam benedictionē. Sacræ religionis sub qua in humili-  
 tatis spiritu deuotum, & sedulum exhibere studētis Do-  
 mino famulatum promeretur honestas, vt illa vobis fa-  
 uorabiliter concedamus per quæ indēnitatibus vestris  
 ac fratrum ordinis vestri valeat prouideri. Sane pro parte vestra vobis nuper exhibita  
 petitio continebat quod cū fratres dicti ordinis vestri pro ordinibus suscipiendis ad lo-  
 corum ordinarios accedere teneantur monasteria vestra grauantur expensis, ipsisque  
 fratribus vagandi datur occasio, & multotiens contingit, quod aliqui religiosi laici, &  
 choristæ dicti ordinis minus sufficientes, & idonei ad sacros ordines suscipiendos, &  
 propterea dictos ordines obtinere nequentes spiritu superbix, & elationis assumpto  
 ad curiam Romanam, seu alia loca se conferunt, & ibidem ad dictos ordines se promo-  
 ueri faciunt, & demum sic promoti ad dicta monasteria redeunt administrandum in  
 ordinibus prædictis in religionis oprobrium, ac eos promouentium animarum peri-  
 culum. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opor-  
 tune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi suppli-  
 cationibus inclinati vobis, & pro tempore existentibus dictorum monasteriorū Prio-  
 ribus, & cuilibet vestrum quemcumque malueritis catholicū antistitem, & gratiam,  
 & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui personas singulorum monasterio-  
 rum prædictorum ad id idoneas ad omnes, & sacros, & præbyteratus ordines etiam  
 extra tempora a iure statuta, tribus diebus dominicis, siue festiuis duplicibus successiue  
 promouendi Diocæsanorum locorum licentia super hæc requisita autoritate Apostoli-  
 ca tenore præsentium de spiritualis dono gratiæ licentiam, & facultatem concedimus  
 pariter, & indulgemus: & insuper quod laici de cætero, & choristæ præfati ad aliquem  
 ex dictis ordinibus absque licentia Prioris Generalis pro tempore existentis dicti or-  
 dinis diffinitorum Capituli Generalis ordinis eiusdem, aut maioris partis eorum pro-  
 moueri nequeant, & si aliter promoti fuerint ab eorundem ordinum executione sus-  
 pensis existant, & excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a quibus quidē  
 suspensionis, & sententia excommunicationis præterquam in mortis articulo cōstituti  
 ab alio quam præfato Generali dicti ordinis absolui nequeant: dicta autoritate statui-  
 mus, & ordinamus non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,  
 cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam no-  
 stræ constitutionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.  
 Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beato-  
 rū Petri, Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datū Romæ, anno 1495. Non-  
Septembris Pontificatus nostri anno quarto.



ILECTE Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, canonicorum, saecularium congregationis sancti Ioannis Euangelistae in Regno Portugalliae petitio continebat, quod postquam felicis recordationis Pius Papa Quintus praedecessor noster Tridentini Concilij decretum, quo cautum fuit, ne quis deinceps clericus saecularis quavis alias moribus scientia, & aetate esset idoneus ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitime constaret cum beneficium ecclesiasticum, quod

sibi ad victum honeste sufficere pacifice possidere, vel alias ordinari posset, nisi iuxta ipsius decreti formam, & tenorem ad omnes, & singulos cuiuscumque ordinis, clericos, religiosos, siue saeculares more religiosorum viuentes in communi non professos sua perpetuo valitura constitutione desuper aedita extenderat, & impleauerat, ac tam religiosis ipsis non professis, ne ad sacros ordines promoueri, quam omnibus, & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ne dictos ordines eisdem religiosis impendere deberent sub certis tunc expressis poenis interdixerat, & prohibuerat, ac alias statuerat, & ordinauerat, prout in ipsius praedecessoris literis plenius continetur, effectum fuerat, ut religiosi dictae congregationis, qui iuxta primeuilla illorum instituta regularem professionem solemniter emittere non consueuerunt nec tamen beneficium ecclesiasticum, aut aliquid proprium quandiu in illa manent possunt obtinere ad sacros ordines promoueri minime potuerunt, & ob sacerdotum carentiam diuinus cultus non modicum sit diminutus, ac etiam obligationes, ad quae congregatio ipsa ex pijs relictis tenetur commode nequeant adimplere. Et nisi huic in commodo per se prouideatur, timendum fore, ne congregatio ipsa, cuius religiosi doctrina verbi Dei praedicatione, morum integritate, & religiosae vitae exemplo Christianae reipublicae plurimum prodesse student, & ad quam populi illarum partium, specialem gerunt deuotionis affectum in totum corruat, & extingatur. Quam Generalis, & alij Rectores, & religiosi dictae congregationis asserentes se in communi viuere & sufficientes redditus habere ad eorum commodam sustentationem, & regulari obseruantiae ita se confirmare, pauci regulares in eodem Regno in strictiori clausura, & obseruantia uiuant, & licet professionem solemnem non emittant eos, qui in ipsa congregatione ad sacros ordines promouentur raro consueuisse ab illa recedere, nobis humiliter supplicatum fecerunt quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes viros, qui se diuino obsequio ad Christiani populi institutionem, & salubrem directionem sponte dederunt, specia-

libus fauoribus prosequi, & ne ab eorum instituto auertantur opportune prospicere,  
de pra-

de præmissis tamē notitiā nō habente circumspectioni tuæ de cuius fide, & integritate maximam in domino fiduciam obtinemus Apostolica autoritate tenore præsentium cōmittimus, & mandamus quatenus de præmissis nobis expositis summarie, & extra iudicialiter procedendo te diligenter informes, & si tibi constiterit prænarrata vera existere canonicis prædictæ congregationis nunc, & pro tempore existentibus, ut quamuis regularem professionem solemniter non immittant, & extra solemne votum religionis sub voluntaria obedientia viuant nec titulum beneficij ecclesiastici habeant, aut patrimonium non possideant dummodo alias idonei sint, & ab ordinarijs examinati, atque probati ad omnes etiā sacros, & Præsbyteratus ordines ab ordinarijs ipsis, vel de eorum licentia ab alijs catholicis antistibus gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentibus promoueri possint, & valeant, ipsisque ordinarijs, & antistibus illos promouendi prædicta, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs non obstantibus quibuscumque concedere, & indulgere auctoritate nostra cures. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die prima, Iunij. M. D. LXXIII. Pontificatus nostri, anno secundo.

Cæ. Clorierius.

**D**OM Anrique por merce de Deos, & da sancta Igreja de Roma Cardeal do titulo dos sanctos quatro Coroados Infate de Portugal Legado de Latere de nosso Senhor o sancto Padre Papa Gregorio decimo tercio ora na Igreja do Senhor Deos Præsidente &c. A todos os Reuerendos Arcebypos, & Bispos destes Reynos de Portugal, que ora sam, & polo tempo forem, & a todas, & quaisquer outras pessoas, a quem esta nossa carta de Apostolica sentença de dispensaçam for appresentada, & cō ella da nossa parte requeridos forem saude pera sempre em ho Senhor Deos fazemos saber, que por parte do Padre Geral Rectores, & mais padres da congregaçao de sam Ioam Euangelista deste Reyno nos foy appresentado hum breue desua Sanctidade cerrado, & cellado sub anulo Piscatoris, são, & carecido o vicio, & sospeição do qual ho treslado de verbo ad verbum se segue.

**G**R E G O R I V S Papa, XIII. Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum canonicorum, sæcularium congregationis sancti Ioannis Euangelistæ in Regno Portugaliæ petitio continebat, quod postquam alias fælicis recordationis Pius Papa Quintus prædecessor noster Tridentini Concilij decretum, quo cautū fuit ne quis deinceps clericus sæcularis quauis alias moribus scientia, & ætate esset idoneus ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitime constaret, cum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victū honeste sufficeret pacifice possidere, vel alias ordinari posset, nisi iuxta ipsius decreti formam, & tenorē ad omnes

ad omnes, & singulos cuiuscumq; ordinis, clericos, religiosos, siue saeculares more re-  
ligiosorum viuentes in communi non professos sua perpetuo valitura cōstitutione  
desuper ædita extenderat, & ampliauerat, ac tam religiosis ipsis non professis ne ad sa-  
cros ordines promoueri, quam omnibus, & singulis venerabilibus fratribus Patriar-  
chis, Archiepiscopis, & Episcopis ne dictos ordines eisdem religiosis impendere debe-  
rent sub certis tunc expensis pœnis interdixerat, & prohibuerat, ac alias statuerat, &  
ordinauerat prout in ipsius prædecessoris literis plenius cōtinetur, effectum fuerat vt  
religiosi dictæ congregationis, qui iuxta primæua illorum instituta regulare professio-  
nem solemniter emittere non consueuerunt, nec tamen beneficium ecclesiasticum, aut  
aliquid proprium quandiu in illa manent, possunt obtinere ad sacros ordines promo-  
ueri minime potuerunt, & ob sacerdotum carentiam diuinus cultus non modicum  
sit diminutus, ac etiam obligationes ad quas congregatio ipsa ex pijs relictis tenetur  
commode nequeant adimplere, & nisi huic incōmodo per nos prouideatur timendū  
fore, ne congregatio ipsa cuius religiosi doctrina verbi Dei prædicatione, morum inte-  
gritate, & religiosæ vitæ exemplo Christianæ rei publicæ plurimum prodesse student  
& ad quam populi illarum partium specialem gerunt deuotionis affectum in totum  
corruat, & extinguatur. Quare Generalis, & alij Rectores, & religiosi dictæ congrega-  
tionis asserentes se in communi viuere, & sufficienter redditus habere ad eorum com-  
modam sustentationem, & regulari obseruantia ita se conformare, vt pauci regulares  
in eodem Regno in strictiori clausura, & obseruantia uiuant, & licet professionem so-  
lemnem non emittant eos qui, in ipsa congregatione ad sacros ordines promouentur  
raro consueuisse ab illa recedere, nobis humiliter supplicari fecerunt quatenus in præ-  
missis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cupiē-  
tes viros, qui se diuino obsequio ad Christiani populi institutionem, & salubrem di-  
rectionem sponte dediderunt specialibus fauoribus prosequi, & ab eorū instituto a-  
uertantur opportune prospicere de præmissis tamen notitiam non habentes circums-  
pectioni tuæ, de cuius fide, & integritate maximam in domino fiduciam obtinemus  
Apostolica autoritate tenore præsentium committimus, & mandamus quatenus de  
præmissis nobis expositis summarie, & extraiudicialiter procedendo te diligenter in-  
formes, & si tibi constiterit prænatrata vera existere canonicis prædictæ congregatio-  
nis, nunc, & pro tempore existentibus, vt quanuis regularem professionem solemn-  
iter non emittant, & extra solemne votum religionis sub voluntaria obedientia uiuāt  
nec tituli beneficij ecclesiastici habeant, aut patrimonium non possideant dummodo  
alias idonei sint, & ab ordinarijs examinati, atque probati ad omnes etiam sacros, &  
Præsbyteratus ordines ab ordinarijs ipsis, vel de eorum licentia ab alijs catholicis an-  
tistibus gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentibus promoueri possint  
& valeant, ipsisque ordinarijs, & antistibus illos promouēdi prædicta, & quibus alijs  
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs non obstantibus quibus-  
cumque concedere, & indulgere autoritate nostra cures Datum Romæ apud sanctū  
Petrum sub annulo Piscatoris die prima, Iunij. M. D. L. XXIII. Pontificatus nostri an-  
no secundo

no secundo. Cæ. Glorierius. Dilecto filio nostro Henrico tituli sanctorum quatuor Coronatorum Præsbytero Cardinali Infanti Portugallix nostro, & Apostolicæ Sedis de Latere Legato.

¶ O qual breue sendonos apresentado nos foy requerido com muita instancia por parte dos ditos padres, q̄ o aceitassemos, & o dessemos a sua deuida execuçam, & feyto, & visto por nos ho dito breue com a reuerencia acostumada, o abrimos, & lemos, & aceitamos, & mandamos, que os impetrantes fizessem petição para justificação do dito breue para o que mandamos, que lhe fosse dado a villa & sendolhe dada, os ditos padres por seu procurador vieram com hūs artigos de justificação dizendo em elles que na ordem, & congregaçam de são Ião Euangelista estaua determinado pellos estatutos da dita ordem, que posto, que os religiosos della não eram professos, & somente prometiam obediencia, & guardar os estatutos, & costumes da ordem nam possam ter proprio, & a si se guardaua, & viuua, & costumaua na dita ordem em todas as casas della, & se quando erão recebidos ao habito azul tinham patrimonio, ou beneficio auiam de renunciar tudo primeiro, que lhe deitassem o habito azul, & primeiro, que os recebessem ao voto de obediencia, & se se achaua por algũa maneira ser algũ proprietario em vida tinha por isso suas penitencias, & se se nam emmendaua o lancauam fora, & se na morte o achauam proprietario lhe denegauam sepultura de irmãos, que na ordem, & na congregaçam auia muitas obrigações de capellas, & missas pera o que era necessario auer na ordem facer dotes para comprirem estas obrigações & nam os auendo yrse hia à ordem perdendo pouco, & pouco ate se acabar & redundaria em grande detrimento do culto diuino, & do bem das almas, & por falta de padres ordenados à ordens sacras tinha ja faltado o culto diuino, & quando se podiam ordenar raramente se sahiam do habito, & que as casas da ordem neste Reyno eram bem dotadas, & prouidas de bens temporaes, & os religiosos dellas eram nellas bem sustentados, & mantheudos, & viuiam, & terratauam decentmente sem mendicarem, nem terem disso necessidade, & perseverauam na religiam posto que os nam obrigasse a isso senam a deuação de seruirem a Deos, & conseruaçam da virtude, & que os religiosos da congregaçam com sua doutrina, virtude, exemplo dauam muyto boa conta de si, & na clausura, & obseruancia da regra guardauam as cousas da religião tambem como os religiosos obseruantes das outras ordēs, & por isso lhe tinha o pouo muyta deuaçam: segundo que todo muy compridamente nos ditos artigos de justificação era contheudo, os quais vindonos conclusos por nosso despacho pronunciamos, que procediam os artigos de justificação, & fizessem delles certo os impetrantes ao que foy satisfeyto, & os ditos impetrantes deram testemunhas, que foram judicialmente perguntadas por seus artigos para proua delles, que nos mandamos, que se juntassem, a os autos ao que outro si toy satisfeyto, & ajuntandosse ouiros papeis, que a os ditos impetrantes lhe pareceo necessario para justificação do dito breue nos mandamos, q̄ os ditos autos nos viessem conclusos, & vindonos pronunciamos em elles a sentença seguinte.

B V L L A

¶ Christi nomine inuocato. Vistos estes autos, com missam de sua sanctidade, petição do Geral, & conegos da congregação de sam Ioam Evangelista impetrantes conforme a suas constituições nam terem obrigaçam de fazer profissam solemne da religiam, & nam poderem ter beneficios, nem cousa algũa propria mostrar-se outrosi viuerm em muita obseruantia com satisfaçam do pouo, que lhes tem muyta deuaçam, & que tem todas as casas da dita congregaçam rendas bastantes para sua sustentaçam, proua sse tambem auer nas ditas casas obrigaçam de capellas, & missas, que se nam podem cumprir sem muytos dos ditos Conegos serem promovidos a ordés sacras, & de missa, & que por se nam ordenarem por causa do motu proprio de Pio Quinto de boa memoria, que o defende começa aver falta no culto diuino, o que assi visto, & a continência do breue de nossa com missam. Autoritate Apostolica concedemos, & damos licença aos conegos da dita congregaçam, que ora sam, & pollo tempo em diante foré que posto, que nam façam profissam solemne, & viuam voluntariamente na obediencia de seus Prelados, inda que nam tenham beneficio, nem patrimonio possam ser promovidos a ordens sacras, & de missa pellos ordinarios, ou outros Prelados de sua licença sendo primeyro examinados, & approuados pellos ditos ordinarios, & pella mesma autoridade concedemos, & damos poder aos ditos ordinarios, & Prelados para os promouerem, sem embargo do dito motu proprio, & de quais quer outras constituições Apostolicas, que aja em contrayro, & os impetrantes paguem as custas dos autos, & queremos, que o terlado desta nossa sentença se lance no cartorio de cada hũa das casas da dita congregaçam, se os impetrantes o pedirem. O Cardeal Infante. a qual nossa sentença foy por nos publicada nesta cidade de Euora, aos treze dias do mes de Agosto, do anno presente de mil, & quinhentos, & setenta, & tres, na camara de nossos paços, & ora por parte do padre Reçtor Geral da casa de sam Bento da cidade de Lisboa, nos foy pedido, que lhe mandassemos dar nossa sentença tirada do processo para guarda, & conseruaçam do direyto da dita casa, & para ser lançada em o cartorio della & visto per nos seu dizer, & pedir ser justo lhe mandamos passar a presente pella qual notificamos aos ditos Arcebispos Bispos, & mais pessoas, a que for apresentada, que assim a cumpram, & guardé, & façam muy inteiramente cumprir, & guardar, assi como por nos he julgado, detreminado, & mandado, & concedido sem duuida, nem embargo algum, que lhe aello seja posto por certeza do qual se passou a presente por nos assinada, & sellada de nosso sello. Dada em a cidade de Euora, aos treze dias do mes de Agosto, Antonio Ribeyro Freyre escriuam de nossa legacia a fez, de 1573. Annos.

Cumprasse o Arcebispo de Lisboa. Cumprasse Dó Manoel Bispo Conde.

S Entença per que V.A. Concede por virtude da comissam de nosso Senhor o sancto Padre Gregorio decimo tercio, q os padres da congregação de Sam Ioam Evangelista deste Reyno, q ora sam, & pollo tempo foré, se possa promouer a ordés sacras sem embargo de não fazeré profissão solemne, nem terem beneficios, nem patrimônios.

Pera V.A. ver:

Antonio Ribeyro Freyre.



**R**ATIONABILITER Miseratione diuina tituli sancti Angeli Præsbyter  
 Cardinalis dilectis in Christo, Rectoribus, & religiosis, Canonicis nun-  
 cupatis totius congregationis sancti Eloyuesi sancti Elisij ordinis, siue  
 congregationis sancti Ioannis Euangelistæ in Regno Potrugaliæ ad in-  
 star sancti Georgij in Allega de Venetijs de Gei, salutem in Domino ex  
 parte vestra nobis oblata petitio continebat, quod licet vos, quorum hospitati-  
 bus, siue monasterijs nonnullæ parrochiales ecclesiæ Apostolica autoritate vnita, &  
 incorporatæ existunt capellanos ad nutum amouibiles, qui eisdem ecclesijs vnitis in  
 diuinis deseruiant, & curam animarum illis omnem, exerceant ponere, & cum eisdem  
 capellanis super salario, siue stipendio eis anuatim soluendo concordare consueveri-  
 tis nihilominus ad tollendum molestias visitorum, ordinariorum, qui aliquando  
 super taxatione, seu moderatione salariorum, seu stipendorum huiusmodi se intro-  
 mittere prætendunt cupitis super hoc specialem Sedis Apostolicam licentiam obtine-  
 re: quare supplicari fecistis humiliter vobis super his per Sedem eandem de opportu-  
 no remedio nostro prouideri. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati auto-  
 ritate Dñi Papæ cuius plenarie curâ gerimus, & de eius speciali mandato super hoc vi-  
 uæ vocis oraculo nobis facto vobis, vt de cætero perpetuis futuris temporibus cum  
 quibusuis capellanis per vos pro seruitio ecclesiarum vnitarum præfatarum pro tem-  
 pore deputatis dum tamen personæ idoneæ sint, & per loci ordinarium approbentur  
 pro salarijs, seu stipendijs eis pro eorum mercede, & seruitio anuatim persoluere, cõ-  
 cordare liberè, & licitè possitis, & valeatis, & ad maiorem portionem, seu maius sala-  
 rium, siue stipendium, quod prout concordabitis eisdem persoluendum minime te-  
 neamini nec ad id a quoquam etiam loci ordinario, & illius visitoribus compelli,  
 aut propterea aliquibus censuris innodari valeatis tenore præsentium concedimus, &  
 indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem impartimur. Quo circa discretis viris,  
 decano, & cantori ecclesiæ Vlixbonensis, ac officiali Vlixbonensi, & eorū cuilibet eis-  
 dem, autoritate, & mandato comittimus, & mandamus quatenus vobis in præmissis  
 per se, vel alios efficacis defensionis præsidio assistentes faciant vos cõcessione, indul-  
 to, & licetia huiusmodi, ac omnibus, & singulis præmissis pacifice, firmiter, & inuiola-  
 biliter gaudere non permitentes vos super eisdem præmissis, vel eorum aliquo per lo-  
 ci ordinarium, & illius visitores, vicarios, seu officiales, aut alios quoscumque, tam  
 ecclesiasticos, quam sæculares iudices, & personas cuiuscumque status gradus, ordinis  
 vel conditionis fuerint, & quacumque etiam Pontificali perfulgeant dignitate, vel au-  
 toritate etiam Apostolica fungantur publice, vel occulte, directe, vel indirecte, tacite,  
 vel expresse quouis quæsito colore, vel ingenio impediri, molestari, pecturbari, aut a-  
 lias quomodolibet inquietari contradictores quoslibet, & rebelles per censuram eccle-  
 siasticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, in-  
 uocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus Apo-  
 stolicis, & tam Prouincialibus, quam Synodalibus constitutionibus, & ordinationi-  
 bus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub

B V L L A

officij primariæ. V. Kalendas Martij, Pontificatus Domini Pauli Papæ III.

Anno, quarto

V. Mæchara Centuntynus.

C. Marius.

A. Cynus præsigil.

Excep. Tricentos.

F.

Bizer.

PIVS PAPA III.



**D**ILECTI Filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum Romanum deceat Pontificem suorum Prædecessorum viltigijs inhæredo ea, quæ per ipsos Prædecessores facta fuisse dicuntur, vt eo maioris obtineant roboris firmitatem, quo læpius fuerint Apostolico præsidio cõmunita sui muniminis robore confouere. Ea propter vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes gratias, facultates, indulgentias, exemptiones, libertates, concessiones, & immunitates a felicis recordationis Bonifatio VIII. Gregorio XII. Martino V. Eugenio III. Nicolao V. Paulo II. Innocentio VIII. Sixto III. Alexandro VII. Leone X. Clemète VII. & Paulo III. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris per eorum tam sub plumbo quã in forma breuis expeditas literas vestræ congregationis, & illius pro tempore existentibus Rectori generali, Prioribus, visitatoribus, Canonicis, nouitijs, cõuersis, capellanis, seruatoribus, familiaribus & personis in genere, vel in specie, & sub quacumque verborum forma & expressione concessas & cõmunicatas, ac omnia in ipsis literis contenta, quatenus in vsu fuerint, & sacris Canonibus, aut libertati ecclesiasticæ non obstant, earundem literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insereretur præsentibus pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, sicuti ea omnia laudabiliter, ac prouida ratione ab ipsis prædecessoribus nostris emanarunt, & in viridi obseruantia existunt, eisdem congregationi & pro tempore existentibus Rectori generali, Prioribus, visitatoribus, Canonicis, nouitijs, conuersis, capellanis, seruatoribus, familiaribus & personis autoritate Apostolica tenore præsentium, vt præfertur approbamus & confirmamus, illasque suos plenarios effectus sortiri, & ab omnibus inuolabiliter obseruari debere decernimus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis eorumque in spiritualibus Vicarijs generalibus, quatenus præmissa omnia & singula, ac in dictis literis contenta vbi, & quando, & quoties opus fuerit, & pro parte vestra, aut alicuius vestrum fuerint requisiti, aut eorum alter fuerit requisitus, solèmniter publicantes, vobis ac illis, quos ipsæ literæ concernunt, efficaci defensionis præsidio assistentes, faciant vos & eos præmissis omnibus, ac in eisdem his contentis pacifice frui & gaudere, non permittentes vos, & eos contra literarum ipsarum tenorem quomodolibet indebitè molestari perturbari, aut inquietari. Contradictores autoritate nostra appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus, & singulis, quæ prædicti Prædecessores nostri in eorum literis prædictis

prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultu, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die. X. V. Martij. M. D. L. X. Pontificatus nostri, anno primo.

Cæ. Glierius.

✠ SIXTVS PAPA. V. ✠

**A**D PERPETVAM Rei memoriam. Ex inuincto nobis desuper Apostolicæ firmitatis officio ad ea, quæ pro ecclesiasticarum, præsertim regularium personarum quiete, & tranquillitate statuta, & declarata sunt fouenda, & quantum in nobis est conseruanda libenter intendimus, vt omnium querelarum, & litium occasionibus amputatis liberius Creatori nostro iuxta laudabilia eorum instituta famulentur. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Generalis, seu Præpositi, ac Patrû congregationis sancti Ioannis Euangelistæ ad instar Canonicorum sancti Georgij in Allega Venetiarum vulgo dictorum Loios in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Apostolica autoritate institutæ nobis expositum fuit, quod licet alias per dilectos filios nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales super declaratione, & interpretatione decretorum Concilij Tridentini deputatos in eorum congregatione fuerit declaratum parrochialium ecclesiarum, ac regularium beneficiorum, quibus animarum cura incumbit, nec non Vicariarû etiam perpetuarû monasterijs, & alijs regularibus locis etiam perpetuo vnitarum, quæ regularibus personis conferri, siue per sæculares Præsbyteros, & perpetuos vicarios regi, & gubernari consueuerunt vacatione pro tempore occurrente minime liceret locorum ordinarijs edicta proponere, & examen per concursum iuxta Concilij prædicti. Decretû. Ses. XXIII. Cap. XVIII. Facere, sed satis tunc esse, vt regulares quidem personæ Ecclesijs prædictis præficiendæ à dictis locorum ordinarijs examinarentur, & approbentur, sæculares vero in Vicarijs, & alijs beneficijs prædictis instituendæ a Superioribus regularibus prædictis nominentur: examê autê, & approbatione tantû ad dictos ordinarios iuxta sælicis recordationis Papæ Quinti Prædecessoris nostri constitutionem pertinere nihilominus nonnulli ex dictorum locorum ordinarijs prædictorum Regnorum declarationi huiusmodi minime, vt par esset acquiescentes, & decretorum dicti Concilij verba ad eorum sensum, & voluntatem trahentes dictæ congregationis Superiores in præmissis inquietare, & desuper molestare, ac eorum viribus privare non verentur. Quare nos honestis, & iustis huiusmodi precibus inclinati opportunum præmissis remedium adhibere volentes declarationi prædictæ in hæretes, eamque harum serie approbantes, & confirmantes, omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in Regnis prædictis consistentibus præcipimus, & man-

B V L L A

& mandamus, vt parrochialibus, & alijs Ecclesijs in quibus prædictæ congregationis fratres animarum cura exerceretur, Vicarijs, & perpetuis parrochialiũ Ecclesiarum, in quibus pro earum cura sæculares, clerici deputari consueuerunt, monasterijs, & alijs locis congregationis eiusdem perpetuo vnitis pro tempore vacatibus ædicta proponere, & concursum iuxta dicti Concilij decretum, quod de sæcularibus Ecclesijs tãtum intelligendum est minime de cæterò facere præsumant, sed regulares, ordinis, & congregationis prædictæ, ac sæculares clericos ab eiusdem congregationis, & alijs dictorum monasteriorum Superioribus iuxta dictam constitutione Pij.V. debito tempore nominandos si ab ipsis idonei reperti fuerint absque ædictis, & aliorum cõkursu in parrochijs, Ecclesijs, & Vicarijs prædictis admittant, & instituunt, prout nos admitteudos, & instituendos esse decernimus, & mandamus, quod in parrochialiũ Ecclesiarum, & beneficiorum curam animarum habentium, quæ de eiusdem ordinis, & congregationis iure patronatus ecclesiastico extiterint, & sæcularibus clericis conferri cõsueuerint earum vacatione quancumque occurrente quauis per dictos Episcopos ad concursum, & exar. en admitti possint, alij vltra eos qui per eiusdem congregationis Superiores patronos erunt nominati, nequeant tamen per eosdem Episcopos, si ad eos institutio, & non ad alium pertineat institui, & ordinari nisi illi tantum, qui inter approbatos ab examineribus idoneos repertos ab eiusdem ordinis, & congregationis Prælati patronis digniores, & magis idonei iudicati, & pro institutione recipienda eisdem Episcopis præsentati fuerint. Quod si institutio non ab aplis Episcopis, sed ab alijs erit faciendatunc quidem soli Episcopi ex dignis digniorem eligere debeant, sed non antea ab eo, ad quem spectat institui possint, quam ab eisdem patronis ei fuerint præsentati, sicque in præmissis per eosdem, & alios quoscumque iudices, ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici auditores, & S.R.E. Cardinales, in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & intepretandi facultate, & autoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & innane quicquid sæcus super his a quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus, Concilijs ædictis, statutis quoque, & consuetudinibus Ecclesiarum, & monasteriorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs, quoque indultis, & licetis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & si de illis specialis, & expressa mentio habenda esset, illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat, spcialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die tertia Decembris M.D. LXXXVIII. Pontificatus nostri anno quarto. Ang. Papius.





**A**D PERPETVAM Rei memoriam. Ex iniuncto nobis desuper Aposto-  
 licae seruitutis officio illa, quae pro statu personarum omnium, praesertim religio-  
 rum salubriter dirigendo facta esse dicuntur libenter, cum a nobis petitur, appro-  
 batus, illa que inuolabiliter obseruari desideramus. Exponi siquidem nobis nuper  
 fecit dilectus filius Rector Generalis congregationis canonicorum saecularium  
 sancti Ioannis Euangelistae in Regno Portugalliae ad instar sancti Georgij in Alle-  
 ga Venetiarum instituta, quod alias Praesidens, & Rector Generalis, & alij Rectores, & canonici saeu-  
 lares dictae congregationis in capitulo Generali in simul congregati infra scripta, statuta fecerunt, videli-  
 cet quod omnes Rectores, ac Prouisores eiusdem congregationis finito eorum officio triennali  
 maneant sub obedientia vno saltem anno, quo durante non possint eligi ad officia Rectorum, &  
 Prouisorum dictae congregationis, nisi forte quis in Rectorem Generalem eligatur. Praeterea, ne  
 quis priuilegiatus in aliquo, aut exemptus ab oneribus congregationis in parte, vel in toto de licentia  
 capituli Generalis, aut visitationis, aut ex quacunque licentia ad officia congregationis huiusmodi  
 ad quae in capitulo eligi solent, quoquomodo in posterum eligatur. Postremo, ne quis Rector, aut  
 officialis, prout in multis capitulis, & visitationibus praecipuum, & ordinatum fuit, possit accomoda-  
 re ornamenta seu paramenta, aut vestes, seu alias res Ecclesiarum, quibus praesuerunt prout, in scrip-  
 turis, seu instrumentis desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
 iungebat dictus Rector Generalis desideret praemissa statuta Apostolico manimine roborari pro  
 illius parte nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus suo pio desiderio in praemissis annuere de be-  
 nignitate Apostolica dignatemur. Nos dictorum statutorum veriores tenores praesentibus pro ex-  
 pressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati statuta praedicta, ac omnia, & singula inde se-  
 cuta quaecunque autoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque  
 perpetuae, & inuolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnibus, & singulis tam iuris, quam facti, &  
 solemnitatum etiam substantialium in eis requisitum omnissiarum defectus, si qui interuenerint  
 in eisdem supplemus, statuentes, quod ne quis priuilegiatus in aliquo, vel in toto, aut exemptus ab  
 oneribus congregationis praedictae propter quascunque causas ab ipso allegatas ad officium con-  
 gregationis huiusmodi, ad quae in capitulo eligi solent quoquomodo in posterum eligatur excep-  
 tis tamen canonicis Theologis dictae congregationis, qui exercitio muneris praedicti impediti ex  
 priuilegio Choro assistere aliquando non teneatur, vt eidem ad dicta officia eligi possint nisi aliud  
 quam praemissum eis obstat impedimentum, ac decernentes canonicos, & religiosos praedictos ad  
 praemissorum omnium totalem obseruationem sub poena excommunicationis per contra facien-  
 tes eo ipso incurrenda a qua contra facientes non nisi per nos, aut Sedem Apostolicam praeter-  
 quam in mortis articulo constituti absolui nequeant, teneri, & obligatos existere, & ab illis nullo vn-  
 quam tempore restitui posse, praesentesque literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut inten-  
 tionis nostrae seu quouis alio defectu notari impugnari, aut ad terminos iuris reduci, seu in ius, vel co-  
 trouersiam vocari, aut illis nullo modo nisi specialiter praesentium facta mentione derogari posse,  
 sicque per quoscunque iudices, & commissarios quauis autoritate fungentes sublata eis, & eorum  
 cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, vbique iudicari, & definiti  
 debere nec non irritum, & innane si secus super his a quoquam quauis autoritate scienter, vel igno-  
 ranter conuenerit attetari. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Vlixbonensi, ac dilectis filiis cau-  
 sarum curiae Camerae Apostolicae Generali auditori, ac nostro, & Sedis Apostolicae in partibus illis  
 nunc, & pro tempore existenti Nuntio per praesentes mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eo-  
 rum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecunque vbi, & quando o-  
 pus fuerit, ac quoties pro parte dicti Rectoris fuerint requisiti solemniter publicent, illique in praemi-  
 ssis efficacis defensionis praesidio assistant non permittentes cum desuper a quocumque quomodo-  
 libet indebite molestari contraditores quoslibet ac rebelles in praemissis non parentes per senten-  
 tias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia quacunque appel-  
 latione postposita compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij saecularis, Non  
 obstantibus saecularis recordationis Bonifatij Papae VIII. Praedecessoris nostri de vna, & Concilij Ge-  
 neralis



B V L L A

neralis de duabus dictis dum modo, quis vigore presentium ad iudicium ultra tres dietas non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictae congregationis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, & privilegijs, quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis habentes illis, alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si alijs quibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indulum quod interdicti, suspēdi, vel excomunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ad de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die XXVIII. Octobris. M. D. LXXIX. Pontificatus nostri, anno octauo.

Cæ. Glorierius.



Com ho theor das ditas prouisoões Apostolicas mandei passara presente minha carta testemunhavel como dito he dadas no dito dia, mes, & anno, vt supra, & vay assinaada por mim, & seliada com o sello do senhor Arcebispo de Lisboa impendente, & eu Ioam Lopez caualeyro da casa del Rey nosso Senhor escriuam da Rolação do dito Arcebisnado de Lisboa, & notayro publico por Apostolica autoridade, que a todo fuy presente, & esta carta testemunhavel com ho trassumpto das bullas, & prouisoões Apostolicas fiz escreuer, & sottoscreui com licença que para ello tenho do dito senhor Arcebispo.



As quaes prouisoões, & bullas Apostolicas desta carta testemunhavel foram por mim sobre dito Ioam Lopez notayro bem, & fielmente concertadas com os proprios originaes sem cousa, que duuida faça, & concordã estes trassumptos com os proprios, & por verdade assiney aqui de meu publico, & acustumado final, que tal he, com Antonio Gil outroso escriuam da Rolaçam do dito senhor Arcebispo, & notayro Apostolico, que seu publico outroso fez, que tal he.

# TABVLA PRIVI LEGIORVM, ATQVE GRA TIARVM IN HOC VOLVME CONTENTARVM INCIPIT.



**B** VLLA GREGORII PAPÆ PER QVAM Institutionem in ea insertam, & istius congregationis regulam primo confirmat. Fol. 1

¶ Litera Eugenij Papæ, per quam Canonicis, ac fratribus prouidendi ecclesijs si casus eueniat facultatem præstat licet capitulum non celebretur. Fol. 5

¶ Litera Eugenij, per quam mutationis, ac reductionis sancti Georgij, & aliarum ecclesiarum statuta, & privilegia eisdem concessa per Bonifacium & Gregorium prædecessores, atque translationis ex certa scientia confirmat approbatque, & electi eorū Canonorum in ecclesijs acquisitis, vel acquirendis ministrare possint absque Diocæsanorum consensu, nec nõ Rectori, & Canonicis ordinandi, & disponendi in ipsis ecclesijs nouiter cella-

tis & acquisitis quauis sibi statuta, quæ perinde seruentur, ac si autoritate Apostolica sint ædita. 6  
¶ Litera Eugenij, qua omnes libertates, & exèptiones per alios Romanos Pontifices ipsi ordini concessas approbat, atque confirmat. Fol. 7

¶ Litera Eugenij, qua Rectori facultatem largitur, vt in omnibus quibusuis votis etiam si peregrinationis sint, vel sancti Iacobi, seu beatorum Apostolorum Petri & Pauli, dispensare possit, ita tamen duntaxat, vt ipsi cum quibus dispensatur, & permanendi in dicta religione votum voucant, & effectum ad impleant, & vt in mortis articulo quasuis personas in dicta congregatione altissimo Deo famulâtes plenariè absoluerè possint, restitutione si forte opus fuerit mediante, de casibus insuper Sedi Apostolicæ reseruatæ confessoribus dictæ congregationis concedit absoluerè tribus videlicet exceptis. Fol. 8

¶ Alia ipsius Eugenij litera, qua tempore interdicti possint celebrare potestatem tribuit, & quod nõ teneantur acceptare commissiones, nec causas illis commissas, & quod defectum natalium facientes possint ad sacros ordines promoueri, & quod possint bona ecclesiarum suarum vendere, ac cõmurare. Fol. 9

¶ Alia ipsius Eugenij litera per quam loca, omnia huius congregationis constructa, & construenda, & bona habita, & habenda eximit, atque liberat, ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Fol. 10

¶ Alia litera eiusdem Eugenij, per quam bona omnia, loca ac personas istius congregationis eximit, atque liberat ab omnibus impositionibus, & subsidij, tam a Sede Apostolica, quam ab ordinarijs imponendis. Fol. 10

¶ Alia litera ipsius met Eugenij, qua statuit, & sub excommunicationis sententia censuit, quod ij qui a congregationis obedientia expediri recedunt, ipsa eadem die recessus habitum dimittere teneantur, qui vero per quindecim dies rebelles reperti fuerint, de præsumptione, ac temeritate punirentur. Fol. 13

¶ Alia litera eiusdem Eugenij, qua degentibus in dicta congregatione facultatem exhibuit, vt a quouis antistite ad sacros ordines promoueri possint. Fol. 14

¶ Litera summi Pontificis de stationibus obtinendis per supplicationis modum sub simplici signatura concessa. Fol. 14

¶ Alia eiusmodi signatura quod Canonici præfati possint confessiones audire, & de casibus Episcopis reseruatæ absoluerè, & Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant. Fol. 14

¶ Alia eiusmodi signaturæ qua cum excommunicatis & interdictis possint diuina officia celebrare, absque aliqua peccati, seu irregularitatis nota concedit, dummodo tales personæ non sint denuntiatæ. Fol. 15

¶ Litera Eugenij qua institutionem & incorporationem monasterij de Villar defrades per Martinum Papam quintum collatam confirmat, nec non omnia priuilegia sancto Georgio in Allega concessa, & ordini beati Hieronymi largitur, & vt iuxta ritum ipsius sancti Georgij agant innuit (qualifatis pœnitus Archiepiscopi per id tempus constitutus) præterea Canonicos, & eorum bona a iurisdictione ordinaria immunes reddit. Fol. 16

¶ Litera commisionis Martini Papæ, per quam eius commissores approbauerunt reductionem, atque reductionem de Villar, à monasterio in parrochia, & in annexionem sancti Benedicti de Barzea ipsi parrochiæ: & quod Canonici isthinc degentes possint facere statuta, quæ omnia idem Summus Pontifex approbat, ratificat, nec non, & omnia ordinis sancti Hieronymi priuilegio eisdem concedit, pariter atque tribuit. Fol. 19

¶ Litera Summi Pontificis Nicolai de confirmatione super gratiosam Eugenij qua indulgit, vt Canonici præfati possint facere statuta, & quod ipsa, & aliæ huiusmodi traditiones ad omnia huius congregationis loca ampliarentur, & tandem vniuersa eidem cōgregationi priuilegia sancti Georgij in Allega concedit, prout iam superius habetur. Fol. 20

¶ Bulla Eugenij quarti per quam confirmat donationem monasterij de Villar defrades, & annexionem sancti Saluatoris de Varzea, & pœnitus gratias omnes sancti Georgij in Allega, & sancti Hieronymi elargitur. Fol. 23

¶ Bulla Pij Papæ reformationis & reductionis, & in caput totius istius congregationis monasterij sancti Ioannis Euangelistæ de Enxobregas perpetuæ erectionis in qua itidem ipsi ordini concedit omnia quæuis sancti Hieronymi concessa priuilegia & in posterum concedenda. Fol. 24

¶ Bulla Martini Papæ transumptionis, atque monachorum sancti Hieronymi institutionis. Folio. 28

¶ Bulla Benedicti Papæ, in quodam instrumento inserta super quasdam potestates, ordinationes, ac traditiones sancti Hieronymi. Fol. 33

¶ Litera Alphonsi Cardinalis in qua per modum signaturæ continentur quam plurima priuilegia, & exemptiones ordini beati Hieronymi concessa, & per consequens huic isti, videlicet, vt gaudeat priuilegijs Guadalupe, & sancti Bartolomei de Lupiana, & eos a decimis, & huiusmodi alijs oneribus absoluit, & vt habeant potestatem minorum pœnitentiorum pro suis fratribus absoluendis, & pro laicis ad eorum monasteria recurrentibus etiam in casibus Episcopalibus possint absque Diocesanorum licentia dispensare, & illos absoluere, & quod ipsi fratres plenariam absolutionem semel dūtaxat obtineant, in vita, & quod inhabiles laici etiam si homicidæ, seu irregulares existant celebrantibus possint Præsbyteris ministrare, & de natiuitate beatæ Virginis prænotandis, & quod possint semiduplicia festa, duplicia facere. Fol. 36

¶ Alia litera ipsius Cardinalis per eandem signaturam, in qua conceditur, vt possint vota commutare, & vt quæuis personæ possint in suis ecclesijs pernoscere, & quod sermocinantes possint indulgentiarum dies centum audientibus elargiri, & vt possint super irregularitate dispensare, & quod non teneantur pro quauis capellania vltra quatuor missas dicere in hebdomada, & vt fratres possint per quemcumque Præsbyterum a culpa, & a pœna absolui, vbiuis oppeterint, & vt missam ante auroram per vnā horam celebrate possint, & vt missas vnius capellaniæ possint in alijs altaribus dicere. Fol. 37

¶ Alia litera ipsius Alphonsi, in qua quædam gratiæ conceduntur, in quibus, literæ superius expressæ, & insuper, quod semel dumtaxat absoluant, & habitare possint eiusdem ordinis subditos de casibus Sedi Apostolicæ reseruatis. Fol. 38

¶ Alia litera ipsius Alphonsi in qua fratribus facultatem ad quascumque personas ad sepulturam recipiendas præstat, tempore etiam interdicti nec non ad diuina admittere, & vt possint ordines, & oleum a quouis antistite recipere qui etiam possit illis ipsis Pontificalia administrare. Fol. 39

¶ Item

¶ Itē alia ipsius Alphonſi litera in qua omnes Romæ, & eius circuitu, ac sub vrbibus concessæ, atq; concedendæ indulgentiæ ipsi ordini conceduntur. Fol. 40

¶ Bulla Nicolai Papæ in qua fit mentio confirmationis ipsius, & approbationis Papæ Martini super gratiosam Eugenij, & causas atque lites iam exortas extinguit, & quæ moueri possint inter Fernandum Archiepiscopum, & Canonicos de Villar Sedi Apostolicæ adiocat, & tā ipsis Canonicis, quā Archiepiscopis perpetuum imponit silētium, & ab ipsius iurisdictione illos eximit quibus conseruatores constituit. Fol. 40

¶ Alia bulla ipsius Nicolai in qua abbate[m] beatæ Mariæ de Sarzeda, & sancti Vincentij de fora, ac sanctæ Mariæ Vimariensis Priores, conseruatores, ac protectores huius congregationis cōstituit, & huiusmodi priuilegium ad omnes domos tam habitas, quam habendas, & ad omnia loca fundata, atque etiam fundanda extendit. Fol. 43

¶ Bulla Leonis Papæ ordini sancti Hieronymi, & per consequens huic congregationi concessa, in qua deputantur iudices & conseruatores ordini prædicto, cuius Priores & fratres, ac familiares coram illis duntaxat, & nullis alijs in iusticia respondere teneantur, nec coram alijs etiam quouis litarum Apostolicarum prætextu trahi possint inuiti, Fol. 44

¶ Bulla Eugenij in quodam instrumento inserta de Regali seu Pontificali subsidio non soluendo. Folio. 47

¶ Sumptum bullæ Martini Papæ, ordini sancti Hieronymi concessæ qua prædictum ordinem a bonorum, ac omnium possessionum decimis exonerat & eximit. Fol. 49

¶ Instrumentum aliud in quo inserta est bulla Eugenij de funeralibus nullomodo alicui soluendis. Folio. 51

¶ Litera Martini in quodam publico instrumento inserta fratribus diui Hieronymi concessa, quod etiam temporibus in quibus generale capitulū non celebratur possint recipere monasteria, hærenitoria, siue quæcumque alia loca sibi oblata, & qualis laxioris siue strictioris obseruatiæ, & illa in monasteria prædicti ordinis fundare, redducere, ad obseruantiam & habitum, ac statum prædicti ordinis absque alicuius alterius licentia, & illa eximit, & ab omnibus impositionibus liberat. Fol. 52

¶ Litera Eugenij Canonicis sancti Georgij in Allega concessa qua illos liberat a bonorum omnium decimis quæ ipsi ad congregationem suam reducerunt, vel etiam in posterum reducent, nec nō decernit ad eosdem Canonicos talia pleno iure stētare & pertinere. Fol. 54

¶ Alia ipsius Eugenij litera, in qua vnionem, & reductionem hospitalis sancti Eligij approbat, & cōfirmat, & dictum hospitale, ac Canonici ibi degentes omnibus priuilegijs & gratijs a Sede Apostolica concessis post reductionem & ante gaudere possint. Fol. 57

¶ Alia ipsius Eugenij litera pro vnione hospitalis sancti Eligij. Fol. 57

¶ Litera Clementis Papæ, in quā ratificat, approbat & confirmat literam Leonis Papæ Canonicis huius congregationis concessam ne processionibus aliquibus, tam generalibus, quam specialibus interesse tenentur, ac eisdem omnia priuilegia a Sede Apostolica concessa confirmat. Fol. 58

¶ Alia ipsum Clementis litera conseruatoria qua literam præcedentem effectum plenum sortiri præcepit. Fol. 59

¶ Bulla Antonij Cardinalis de speciali mandato Clementis Papæ, qua certis diebus festiuis tempore interd. et apertis ianuis, pulsatis campanis excommunicatis tamen & nominatis interd. etis exclusis, licitè celebrare & defunctorum corpora, tam Canonicorum, quam familiarium cum honesta funerali pompa sine pulsu campanarum ecclesiasticæ sepulturæ tradi posse concedit, ac dominicis, & alijs festiuis diebus missas votiuas, & alias per quascumque personas sub certo officio quocumq; celebrari de missis de officio illius diei occurrenti dummodo vnā collectā de illo officio de quo missa celebrari debeat recitemus, & quod ad alias nostræ congregationis ecclesias missas celebrandas transmittere valeamus. Fol. 61

¶ Litera Canoniorum Lateranensis ecclesiæ vnā cum autoritate Cardinalis de Farnesio huic congregationi cōcessa quam sub protectione sua, & iurisdictione recipiunt, & omnibus priuilegijs & gratijs

& gratijs quibus alia monasteria eidem Lateranensi ecclesie subiecta potiuntur & gaudent potiri possunt simul, & gaudere, & omnibus Christifidelibus suas adiutrices manus porrigentibus, predictae congregationis ecclesijs decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis poenitentijs in domino relaxari significatur. Fol. 62

¶ Alia litera supradictorum Canonorum predictae Lateranensis ecclesie de instinctione & annulatione census quem annuatim tenebamur predictae Lateranensi ecclesie soluere. Fol. 63

¶ Transsumptum priuilegiorum sancti Ioannis Lateranensis ecclesie, & per consequens huius congregationis quae a diuersis Summis Pontificis fuerunt emanata, primum est Honorij Papae quod non teneantur Canonici respondere literis Apostolicis contra ecclesias ad illos pertinentes si non fecerint mentionem de verbo ad verbum, tam de eis, quam de ecclesijs, insuper predictus Honorius concedit ut domos, ecclesias, monasteria, oratoria, hospitalia, possint in omni Diocesi absque Episcopi licentia, & ibi diuina misteria celebrare. Fol. 63

¶ Innocentius insuper confirmat indulgentias, immunitates, exemptiones, quae ab omnibus suis antecessoribus predictae Lateranensi, & membris eius concessa fuerunt, & omnibus qui manus porrexerint adiutrices predictae ecclesie, & monasterijs eidem subiectis decem annos, & totidem quadragenas in domino relaxat. Fol. 64

¶ Bonifacius concedit Canonicis predictae ecclesie Lateranensis posse aedificare quaecumque aedificia & pia loca in proprijs fundis quorum ius, & dominium ad ipsos pertineat in solidum, & in perpetuum, licentia super hoc minime requisita, iure tamen parochialis ecclesie in omnibus semper saluo. Fol. 64

¶ Innocentius confirmat omnia priuilegia diuersorum Romanorum Pontificum Lateranensis ecclesie, & alijs ecclesijs eidem subiectis concessa, quam vult esse immediatam, & omnino liberam, & quod nulli poenitus nisi Romano Pontifici sit subiecta praecipit idem Summus Pontifex, quod nullus in ecclesiam predictam, vel sibi subiectas, nec in clericos, vel laicos eiusdem, excommunicationis, aut suspensionum sententiam promulgare praesumat, quod si aliquis scienter contra temere venire tentauerit maioris excommunicationis sententia incurrat. Fol. 65

¶ Nicolaus Papa predictam Lateranensem ecclesiam, & capellas eiusdem ad praestationem aliquarum collectarum & aliarum exactio[n]um impositarum, vel etiam imponendarum exemit a subdelegatis, & nuntijs a Sede Apostolica, aut ipsorum mandato, & quod non teneantur Canonici per literas ipsius Sedis, aut legatorum eius absque speciali mandato Sedis ipsius plenam, & expressam facientes de indulto huiusmodi, & Lateranensis ecclesie mentionem, & excommunicationis, & interdicti sententias quas occasione praemissorum communiter in illos, vel aliquem illorum, siue in ecclesias & capellas easdem promulgari contingerit decernit non teneri. Fol. 65

¶ Sixtus Papa, confirmat priuilegia Honori predictae ecclesie concessa, & insuper omnes indulgentias, & immunitates diuersorum Romanorum Pontificum approbat, eo quod ipsorum transumpto manu publici notarij & sigillo alicuius Episcopalis, vel superioris ecclesiasticae dignitatis, vel curiae unitas tamquam si praesentes originales literae exhiberentur plena fides adhibeatur. Fol. 65

¶ Leo Papa, omnia statuta, priuilegia, & donationes a diuersis Summis Pontificibus, & a Regibus, & alijs personis predictae ecclesie Lateranensi concessa approbat & confirmat. Fol. 66


¶ Bulla Pauli, 3. in quodam instrumento inserta in qua omnibus priuilegijs & gratijs, quae ab Eugenio, 4. congregationi Casinensi, quae tunc sanctae Iustinae ordinis monachorum diui Benedicti concessa sunt, congregationi sancti Georgij in Allega Venetiarum libere potiri & gaudere posse concedit, quae summatim inferius notantur. Fol. 67

¶ Omnia quae sequuntur in hac tabula priuilegiorum continentur in hac bulla, & ibi inueniuntur, & propterea non notatur.

¶ Primo omnes religiosos & familiares ordinis predicti, & quaecumque sua ab omni iurisdictione legatorum, nuntiorum, ordinariorum & aliorum quorumcumque officialium, poenitus exemit, ac liberauit, ac sub Apostolicae Sedis protectione specialiter suscepit.

¶ Secundo

- ¶ Secundo quod si legati, seu quæcumque personæ contra prædicta, vel aliquod ipsorum aliquid fecerint, seu attentare præsumperint, & per notificationem ipsius priuilegij non desistant intra tres dies a die requisitionis ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.
- ¶ Insuper concedit quod si fieri concilia generalia, seu prouincialia etiam Apostolica eõtingat, prælati, seu monachi ordinis prædicti ad ea ire, seu mitrere nullatenus compelli possint etiam per literas Apostolicas non facientes specialem de huiusmodi indulto mentionem.
- ¶ Concedit vterius quod prædictæ congregationis loca quæcumque illa sint a nulla persona sæculari, seu ecclesiastica occupari aliquo modo valeant, nec ad aliquem vsum quantumcumque Pium deputari, quod si contra prædicta aliquis tentare præsumat nisi facta de huiusmodi indulto notitia, desistat, ipso facto excommunicationem incurrat.
- ¶ Bona & personas congregationis ab omni sæculari impositione gabellarum, talliarum, onerum, & grauaminum sub excommunicationis pœna eximit, ac totaliter liberat.
- ¶ Commonet prælatos ne molestare permittant huiusmodi congregationis personas & bona, sed compescant contradictores excommunicationis sententia appellatione postposita.
- ¶ Bona congregationis & personas ab omni actione, collecta, decima, & subsidio a quibusuis ecclesiasticis Prælatiis impositis exenit.
- ¶ De potestatis, suæ plenitudine a quocunque sensu absoluendo, ratione visitationis, aut subiectionis quibuscunque non obstantibus congregationem absoluit.
- ¶ De non soluendis decimis primitiis, quartasiijs agrorum, & aliorum in perpetuum nos liberat.
- ¶ Ius habendi potestatem congregationi tribuit in hæreditatibus, legatis, & fidei cõmissis, quoquomodo ad se delatis quibuscunque non obstantibus.
- ¶ Bona ecclesiarum congregationi pertinentia quæcumque a cuiuscunque delegati, siue Prælati, dominio sub excommunicationis sententia si post triduum requisiti non desistant firma, & illibata seruari voluit.
- ¶ Vult, vt præscriptio bonorum congregationis non currat nisi post sexaginta annos quibuscunque non obstantibus.
- ¶ Quod ingredientibus congregationem huiusmodi a quocunque molestari non debent sub excommunicationis sententia sibi reueruata.
- ¶ Non tenentur canonici literas Apostolicas cõmissorias de administranda iustitia, visitatione facienda, & similia suscipere absque derogatione indulti huiusmodi inuiti.
- ¶ Absque derogatione huiusmodi indulti non præsentis congregationis personæ induci ad dandũ testimonium extra Diocæsium, vel ciuitatem, absoluit que ab omni censura illata occasione taliũ.
- ¶ Testimonia monachorum, nouitiorum, cõmissorum & aliorum, in causis congregationis tam ciuilibus, quam criminalibus iuridica esse velint.
- ¶ Nullum præiudicium priuilegij congregationis vult generari quanuis ignorantia, vel negligentia, nunc præsentiu, & futurorũ quibus ea concessa sunt ignoranter, vel sciẽter aliter obseruetur.
- ¶ Personæ congregationis confessi, & contricti idoneum confessorem in mortis articulo, qui eis plenariam remissionem omnium peccatorum, nec non impendere debitã absolutionẽ de cõmissis re seruatis, & insuper ab omni censura, irregularitate, & infamia quauis autoritate latis semel absolue re, dispensare, & abolere, elligere possunt.
- ¶ Concedit confessis, & contrictis stationes vrbis almæ, visitatis altaribus, & inibi dicendo ter Psalmum. Miserere mei, aut dominicam orationem, & salutationem angelicam.
- ¶ Extendit omnia priuilegia ordinis Casinensis nostræ congregationi.
- ¶ Approbat, & confirmat omnia congregationis priuilegia.
- ¶ Constituit iudices, qui audaciam contra nitentium compescant.



RES 2639

*[The text in this section is extremely faint and illegible, appearing as a series of horizontal lines.]*

**THE UNIVERSITY OF CHICAGO**  
**LIBRARY**





